

www.e-rara.ch

Disputatio ad L. Iuliam De adulteriis coercendis

Pestaluzz, Caesar

Basileae, [1626]

Kantonsbibliothek Graubünden

Shelf Mark: KBG Bd 405:1

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-85498>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]


Bd 405/1





Quia quid agis
Ex sententia
et de
pisc. f. 100


Ex sententia
et de
pisc. f. 100














Bd 405/1

DISPUTATIO
AD L. IULIAM
DE ADULTERIIS
COERCENDIS.

Quam

Iehovah Præsede

DECRETO ET AVTHORITATE
*Nobiliss. Facultatis Iuridicae in illustri
& antiquissima Vniuersitate
Basileensi*

Summos in VTROQ. IVRE Gradus,
Immunitates & Privilegia pro-
meriturus

*Horis & loco consuetis ad diem 5. Maji 1626.
Publicè ventilandam
exhibet*

CÆSAR PESTALUZZ Clavennâ-
Rhætus.



*Clariss: Vno Remigio Feschio hanc
theses offero, cum ad eorum disputationem
amicam officio invito.*

BASILEÆ,
Typis JOHAN. JACOBI GENATHII.





DISPUTATIO
AD L. JULIAM DE ADULTERIIS
COERCENDIS.

THES. I.



E Publico Judicio, quod ex L. Julia de Adulteriis coercendis descendit, disputationem conscripturus, primum generalem judiciorum publicorum definitionem præmittendam esse censui.

II. Judicia publica seu criminalia sunt, quæ ex legibus publicorum judiciorum latis de criminibus descendunt, vel quæ Lege aliquâ publica esse jubentur, l. 4 §. 1. C. de hæresicis. & cuius, cujus etiam non interest, patent. *Vultejus ad princ. Inst. de publicis judic. n. 5.*

III. In omnibus autem publicis judiciis cum hæc tria sint attendenda, lex, crimen & poena, *Giphan. ad §. publica autem. 3. Inst. de publ. judic. in versic. lex Julia Majestatis.* & post cum *Harprecht. ad d. §. 3. n. 7.* ideo & ego de præfato crimine tractaturus, hoc ordine procedam: 1. De lege crimen adulterii coercente præfabor. 2. De crimine ipso disseram. 3. Poenam, quâ hoc crimen coerceri solet, subjiciam.

IV. Lex quæ hoc crimen coercet, vocatur lex Julia de Adulteriis coercendis, quam non ipse C. Jul. Cæsar tulit, sed Augustus, l. 1 ff. h. t. ad l. Jul. de adul. *Sueton. in August. n. 34.* qui Julius etiam dictus est, quod adoptatus esset à C. Julio Cæsare, *Dion. libr. 48. Grotius ad l. 1. ff. h. t. & post eos Vultejus ad §. 4. Inst. de h. t. & alii.*

V. Licet verò hujus legis plurima fuerint capita, ut de maritandis ordinibus, de divortiis, de fundo dotali, adeò ut 35. caput l. Jul. legatur in *Leapic. 19. ff. de Rit. Nupt. Cujac. in parass. C. de h. t.* ut meritò dicendum sit, inscriptionem ejus, quæ de adulteriis coercendis est, esse synecdochicam; ego tamen in præsentiarum de ea eatenus saltem me dicturum profiteor, quatenus illâ adulterium coercetur, existimâs, me nec oleum, nec operam perditurum, si illam materiam publico examini subjicerem, quæ & multas quæstiones suppediat, & quâ nullam à JCrus tractatam esse vigilantius scribit *Cujac. ad hunc tit. Cod.*

VI. Lege ipsâ breviter sic examinatâ, ad crimen ipsum transeamus, Adulterium scilicet. Ubi sciendû, quòd lex adulteriû & stuprum promiscuè usurpabat, l. inter liberos. 6. §. 1. ff. hoc tit. l. inter stuprum. 101. ff. de V. S. propriè tamen à se invicem distingui debent, ut ex subsequentibus patebit.

VII. In hoc autem crimine explicando, hoc ordine procedam. Primum, quid adulterium sit, exponam. Deinde, personas adulteriû committentes adjiciam. Tertiò, delationem hujus criminis ad judicem examinabo. Quartò, de defensionibus Reorum, quæ ipsis post delationem competunt, subjungam: ac denique de criminis hujus probationibus tractabo.

Ut nō est commissio adulterii ilī nos nō mīnū hīc nō dū.
 Hic nō mulier mīstra nō est commissio adulterii. E.
 Ut nō est mulieris fœderis coniugii, seu matrimonii ilī nō ē adulterium.
 Hic nō est mulieris ad. ex dīgnitate.
 Ut nō est matrimonium, ilī nec mulieris. Hic nō ē matrimonium. C. 11. 12. E. de mpt.

die Person/damit der Ehebruch/te. generalia sint, & comprehendant non solum conjugem alienam, sed & mulierem vacuum & solutam: sententiam meam quoque confirmat, quod hac ordinatione Constitutio Severi & Antonini tollatur, quæ extat in l. 1. c. hoc tit. quâ uxor non poterat maritum adulterii reum facere, Carolinâ autem ordin. liceat. d. art. 120. in §.

XVI. Cùm verò sponsa de futuro in jure modò pro uxore habeatur, modò non, nõ satis expeditæ quæstionis est, an Adulterium cum ejusmodi sponsa committatur? Affirmo cum Dn. Bocer. d. cap. 1. n. 51. Dn. Harprechtio ad §. item lex Julia. 4. Inst. de publ. judic. n. 8. & segg. & Cujac. lib. 6. Obsc. 16. idque per l. si uxor. 13. §. Divi. ff. hoc tit. ibi: nec spem matrimonii violare permissum est. l. 11. §. quærebatur. 7. ff. hoc tit. l. propter. 7. C. eod. Dis. Covarruv. in Epitom. in lib. 4. Decretal. sive de sponsal. part. 1. c. 1. n. 15. Clar. lib. 5. sent. §. adulterium. n. 8. Heig. part. 2. quæst. 28. n. 28. cum segg. Treust. volum. 2. disp. 6. th. 1. lit. c. Non tamen nego, mitiorem poenam hoc casu hodie jure decerni, quia reverâ uxor non est, neque thorus violatur, Wesemb. in parat. ff. hoc tit. n. 7.

XVII. Controvertitur insuper: Num etiam in meretrice nuptam adulterium committatur? Et committi evincitur ex l. si uxor. 13. §. sed in ea. 2. ff. h. t. Quod sub hac distinctione verum esse autumo, si vitam priorem reliquerit, & jam honestam, ad exemplum cæterarum matrumfam. agat, arg. l. si ea quæ. 22. & l. quæ adulterium. 29. C. hoc tit. ex quibus ll. apparet, in foeminis prostitutis & adhuc meretricio more viventibus adulterii crimen cessare. Ita sentiunt Clar. lib. 5. sent. §. adulterium. n. 3. Hæn. disput. 24. controvers. 3. sub lit. b. Harprecht. ad d. §. 4. Inst. de publ. judic. quamvis alii aliter hac de re loquantur.

XIX. Si tamen mulier evitandæ poenæ adulterii gratiâ infamis vitæ professionem postea suscipiat, adulterii nihilominus accusari damnarique poterit, l. mater. 10. §. 2. & ibi Gotofr. ff. hoc tit. Cujac. ad d. l. qui adulterium. 29. C. eod. Unde adulterii damnata fuit Vestilia prætorica quædam mulier, quæ stupri licentiam apud Aediles vulgaverat, quia id fecerat poenæ evitandæ causâ, Tacit. 2. Annal. Cujac. d. loc.

XX. Hæcque omnia ita se habent, si modò se miscentes habuerint scientiam commaculati thori alieni, i. e. cum alterius conjugem rem habens, sciverit illam uxorem alterius esse, aut uxor se viro jungens, sciat cum maritum esse alterius. l. uxor. in fine. C. de Repud. Nam adulterium sine dolo malo non committitur, l. pen. ff. h. t. i. e. ut ego existimo, sine affectu adulterii perpetrandi, sicuti eadem prorsus ratione furtum sine affectu furandi non committitur, ut dicitur in §. 2. versic. item si. Inst. de usuc. & §. placuit. 7. Inst. de Obligat. quæ ex delicto nascuntur.

XX. Unde si mulier decepta opprimatur ab alio, quem putat maritum esse, aut credens maritum mortuum, alii se junxit, adultera non est, l. 11. §. penult. ff. hoc tit. Wesembec. in paratit. ff. hoc tit. n. 14. modò mulier ea observet, quæ ab ea exiguntur in l. 6. ff. de Divort. Nov. 22. cap. 7. & in Novell. 117. c. 11.

XXI. Hinc etiam opprimens alterius uxorem, existimans eam esse solutam, in adulterii crimen non incidit, quamvis poenam simplicis stupri, aut fornicationis non evitet, cùm culpâ non careat, qui extra conjugium veneri in concessâ dedit operam. Wesembec. dicto loco. post Angelum & Barr. ab ipso citatos.

XXII. Et per hanc assertionem deciditur illa quæstio, quam Justin. Gobl. ex Pileo Medicin. videtur auctorem nominat, asserti ad articulum 120. constit. crimin. Carol. V. non tamen dissolvit, Titius amore cujusdam virginis ca-

Adulterium cum
nupta committitur.

l. 6. §. 1. ff. h. t.

l. 39. in fin. ff. ad.

Adulterium non dicitur
si ante

Adulterium cum
nupta committitur
non est.

ptus rogavit uxorem Caji, ut virginem illam sibi acquireret, quæ facturam se hoc promissit, tandem noctu le virginis loco illa supposuit, eamque pro virgine Titius cognovit.

XXIII. An verò casu inverso adulterium committit is, qui existimans se cum aliena uxore rem habere, uxorem propriam cognoscit, vel eadem ratione illane pro adultera habenda, quæ cum marito se miscens, alienum virum esse arbitrat? Et non committere constat ex definitione adulterii supra posita; nulla enim fœderis violatio hic subest. Et non solum affectum sufficere, ut adulterium commissum esse dici queat, probari posse existimo, arg. §. sed etsi credat. *Instit. de Obligat. quæ ex del. nasc. ubi dicitur*: Sed etsi credat, aliquis invito domino se rem commodatam sibi contemnere, Domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. Ergo eadem ratione si quis credat se adulterium committere ac thorum alterius connubialem violare, reverà autem non commaculat, adulterium non videtur committere.

XXIV. Quod tamen respectu pœnarum jure civili adulteris cõstitutarum, verum esse arbitror: nam in foro conscientia, quin talis pro adultero habendus sit, nullus dubito, cum in eo adulterium solo affectu committatur, ut constat ex dicto Christi *Matth. c. 5. v. 28.* Quicumque aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulterium committit cum ea in corde suo.

XXV. Ex superioribus patet, nec etiam illam, quæ per vim compressa est, adulteram dici posse, *l. si uxor. 13. §. si quis plane. 7. l. vim passam. 39. ff. hoc tit. l. fœdissimam. 20. C. eod. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 354. n. 9. &c.* Quia mens est quæ peccat, inquit *Cujac. ad d. l. 39.* nullus autem adulteræ mentis affectus, nulla adulterandi voluntas adscribi potest ei, quæ vim, cui resisti non potuit, arg. *l. 2. ff. quod metus causa. passa est.* Et hoc casu crimen non est duorum, sed unius tantum. Unde eleganter dicebat quidam ex veteribus declamatoribus de Lucretia vim perpeisa, ut ait *Augustin. 1. de Civit. Dei.* Mirabile dictu, duo fuerunt, & unus tantum adulterium commisit, &c. *Cujac. ad d. l. pen. C. hoc tit. in oper. posthum.*

XXVI. Et hæc vera sunt, licet mulier vim passa, injuriam suam confestim marito non renunciaverit, quod Lucretiam alioquin fecisse constat, vel renunciari prohibuerit, pudor enim ei fuit renunciare, nec quod voluerit postea, factumque probaverit, videtur celasse maritum, sed ut tegeret si ve protegeret pudicitiam suam. *d. l. vim passam. 39. & ibi Cujac.*

XXVII. Quia tamen vis facti est, *l. 1. & 1000 tit. ff. quod vi aut clam. à muliere, quæ eam prætendit, probari debet. l. assertatio. 10. C. de non num. pec. l. si ve. 16. C. de probat.*

XXVIII. Planè pro muliere apud hostes existente, præsumptio esse videtur, quasi vim passa sit potius, quam quod sponte in adulterium consenserit, cum ipse hostium impetus vis sit, cui resisti nō potest, *l. ex conducto. 15. §. 2. ff. locati. Limrebus. 18. ff. Commodati.* unde ejusmodi mulier ab onere probandi vim sibi esse illatam relevabitur, illudque in accusatorem rejiciet, arg. *l. si pactum. 9. l. si chirographum. 24. l. cum de indebito. in princ. versic. sin vud. ff. de probat. cum simil.*

XXIX. Idem dicendum videtur, si aliqua à Rege vel Tyranno compressa diceretur, nam & hoc casu præsumeretur per vim aut metum adulterata. *Bajard. in add. ad Clar. §. adulterium. n. 15.*

XXX. Nec tantum pœnarum criminalium respectu, pro adultera habenda

benda non est, quæ vi compressa est, sed & civilium, putà, amissionis dotis.
Bayard. in addit. ad Clar. §. adulterium. n. 96.

XXXI. Hactenus de personis propriè adulterium committentibus; sequitur nunc de iis, quæ adulterium quidem propriè non committunt, sed quorum commissum pro adulterio habetur, & quasi adulterium dicitur. *Dn. Bocet. claus. 4. disp. 12. thes. 10.*

XXXII. Talis est, primò, qui adulterii damnatam sciens uxorem duxit, vel reduxit. *l. mariti. 29. §. 1. ff. hoc tit. l. auxilium. 37. §. 1. versic. dixi. ff. de minoribus. l. castitatu. 9. l. sine metu. 17. C. hoc tit.*

XXXIII. Secundò, qui uxorem in adulterio deprehensam non dimittit, *d. l. 37. §. 1. versic. dixi. cum simill.* quamvis hodie secus sit: cum enim maritus adulterii damnatam impunè recipere possit, modò illa priùs fuerit castigata. *Nov. 124. cap. 10. Auth. sed hodie. C. hoc tit. dubium nullum videtur, quin & deprehensa in adulterio impunè retineri queat. W esemb. in parati. ff. hoc tit. n. 18. versic. sed quod ad 60. dies. Gotofr. in notis ad d. l. auxilium. §. 1. sibi contrarius in l. 29. ff. hoc tit. ad L. Jul. de adul.*

XXXIV. Tertio, qui quæstum de adulterio uxoris suæ facit, *d. l. auxilium. §. 1. l. qui domum. 8. ff. hoc tit. l. mater. 10. §. 1. l. mariti. 29. §. qui quæstum. 3. ff. h. 1. Quis autem quæstum ex adulterio uxoris facere dicatur, vide in d. l. 27. §. quæstum autem. 4.*

XXXV. Quartò, qui quæstum quidem hac de causa communiter non facit, pro comperto tamen adulterio transigit, preciumq; accipit, siue maritus sit, siue alius, *d. l. auxilium. §. 1. d. l. mariti. 29. §. 2. ff. hoc tit. l. de crimine. 10. C. eod. non verò etiam qui gratis dimisit deprehensum adulterum, d. §. 2. in fin. vel qui negaverit se acturum, l. si maritus. 15. §. si negaverit. 5. ff. hoc tit. non qui contemnit matrimonium, quicq; contaminatione non indignatur, l. 2. §. 3. ff. eod. quia cuique licet esse misericordi, igitur gratis adulter impunè dimittitur. *Cujac. in d. l. miles. 11. in oper. posthum. ad 2. lib. Papin. de adulter.**

XXXVI. Quintò, si uxor ex adulterio viri præciù capiat, *l. si quis adulterium. 33. §. fin. ff. hoc tit.*

XXXVII. Sextò, ejus quoque factum pro adulterio habetur, qui vel quæ domum suam crimini adulterii committendo præbuerit, *d. l. auxilium. 37. §. 1. d. l. qui domum. 8. l. mater. 10. §. 1. ff. h. 1.*

XXXVIII. Septimò, qui suasit ut adulterium fieret, *l. hæc verba. 12. ff. hoc tit. sicut & alias qui delictum suadet, delinquere intelligitur, l. 1. §. de jectis. 12. ff. de vi & vi armat.*

XXXIX. Octavò, cujus ope & consilio factum est, ut vir vel foemina in adulterio deprehensa pecunià aliâve pactione (non tamen gratuita, *d. l. mariti. 29. §. plectitur. 2. ff. hoc tit.*) se redimerent, *l. is cujus ope. 14. in princip. ff. hoc tit.*

XI. Nonò, si tutor pupillam suam, aut curator adultam intra 29. ætatis annum ducat uxorem non desponsatam à patre vel destinatam in testamento, *l. si patris. 6. C. de interd. matrim. inter pupill. & tut. junctâ l. supervacuum. 7. C. de tempor. in integr. restit. Cujac. in commentar. posthum. ad tit. C. de interd. matrim. & c. Gotofr. ad l. non est. 66. ff. de Rit. Nups.*

XLI. Decimò deniq; si concubina, quæ nomen matronæ non amittit, pudorem suum alienis libidinibus prosterнат, *l. si uxor. 13. in princip. ff. hoc tit.*

XLII. Nomen autè matronæ vel matrisfamiliæ (quæ idem sunt, *l. 1. §. omnem. l. item apud. 15. §. si quis virgines. 15. ff. de injur. l. 1. §. & notandis. ff. de reur. inspic.*

in *spec. Cujac. lib. 3. observ. c. 18. Gotofr. ad d. §. si quis virgines. licet Gell. & Non. te-
se Cujac. d. cap. 18. dissentiant* nō amittit sola concubina patroni, *l. probum. 41. §. 1. ff. de R. N. quia legitimam uxorem imitatur, ut Julianus ait Novell. 18. te-
se Cujac. in paratit. C. de concub. & comment. posthum. ad eundem tit. unde etiam
vice-conjux appellatur, se se eod. Cujac. ad l. nec in ea. 22. ff. hoc tit. in lib. 1. Papin.
de adulter.*

XLIII. Verū quia jure Divino concubitus in totum est damnatus, quo omnis extra legitimum matrimonium concubitus scortatio est, ideo in concubinam, quam quis de facto fortè habet, apud Christianos, qui jus Divinum sequi tenentur, adulterium non committitur, cū cesset superior ratio, quā cessante cessat ipsa juris dispositio, *l. quod dictum. 32. ff. de pablis. sed simplex erit scortatio. Hosque modos tradit Dn. Bocer. d. diff. 10. ib. 12.*

XLIV. Addatur undecimus, si vir infamandæ uxoris suæ causâ adulterum subjecerit, ut ipse deprehenderet, vir enim hoc casu ut quasi adulter tenebitur, *d. l. is cuius. 14. ff. hoc tit.*

XLV. Et hæc de personis adulterium vel verè vel quasi perpetranti- bus: dicendum deinceps est de delatione hujus criminis ad judicem, & de modo in eo procedendi tractandum.

XLVI. Duplici autem modo adulterii crimen ut & alia ad judicem deferuntur, vel per viam accusationis, vel per viam inquisitionis, quorum prior, jure communi inspecto, est ordinarius, posterior extraordinarius, quamvis de consuetudine secus sit, vide *Clar. dict. quest. n. 3.*

XLVII. In accusatione ante omnia considerandum venit, coram quo iudice illa institui & agitari debeat, ne, incompetente iudice adito, iudiciū retrò reddatur nullum: secundo agendum de hujus criminis accusatori- bus, seu de iis, qui adulterii reos, reasque accusare possunt: ac tertio, quo ordine ac formâ hæc accusatio institui debeat, & intra quod tempus con- cludatur, dispiciendum.

XLIX. Judicem quod attinet, ut sciri possit, coram quo criminis hu- jus accusatio proponenda sit, distinguendum est inter actionem de adul- terio civilem, quā ad thori separationem & amissionem dotis allatæ & donationis propter nuptias agitur, & actionem ejusdem criminis crimina- lem, quā scilicet agitur ad pœnam corpori nocentis rei infligendam, vel fisco applicandam; Nam ut aliàs de delicto tam publico quàm privato ci- viliter & criminaliter agi potest, *Boß. in tractat. crimin. tit. de furtis. n. 37. per rextum in l. licitatio. §. quod illicitū. ff. de publicanis & vestigalibus, & c. & in tit. de falsis. n. 149. ita & de adulterio id in specie tradit Wesembec. in paratit. hic. n. 18. versic. quod verum esse. Dn. Bocer. diff. 3. n. 20. & seqq.*

XLIX. Dum agitur civiliter, causa adulterii, ejusque cognitio ad iudi- cem spectat Ecclesiasticum, *cap. porro. cum tribus seqq. X. de divortiis. cum simil. Covarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. de sponsal. cap. 3. §. 6. n. 8. & cap. 8. §. 12. n. 3. Clar. in pract. crim. quest. 37. n. 3. vers. scias tamen. Dn. Bocer. dict. tractat. cap. 3. n. 29. nisi propter Vasalli adulterium agatur ad amissionem feudi, hæc enim ut & a- liæ controversiæ feudales & contentiones inter Dominum & Vasallum ex- ortæ per Pares Curia dirimendæ sunt, c. un. ut. 16. de contro. feud. apud Par. term. lib. 2. feud. cum simil.*

L. Posteriori verò casu, quando agitur criminaliter, causa adulterii & cognitio ipsius est mixti fori & ad utrumque judicem pertinet, tam Eccle- siasticum, etiam quoad Laicos, quàm secularem, ita ut preventio hic locum habeat,

habeat, sicuti de iudice Ecclesiastico est textus in c. 1. X. de offic. iud. ordin. & in c. inter alios. X. de adul. vide Covarruv. tom. 1. de matrim. part. 2. c. 7. §. 7. n. 29. De iudice seculari dubitari non debet, propter text. in c. cum sit generale. X. de foro compes. De utroque verò est text. in c. sua. §. X. de procurat. Huic sententiæ subscribunt Alciac. in c. 1. n. 18. X. de offic. iud. ordin. Covarruv. d. tit. de sponsal. part. 2. cap. 7. §. Sexto. n. ult. Clar. in pract. criminal. d. quæst. 37. n. 3. Dn. Bocér. d. cap. 3. n. 21.

L I. Requirit nunc ordo, ut dicamus de iis, qui adulterii reos reasve deferre possunt: ubi notandum, vel quæstionem esse de civili actione, vel de criminali accusatione.

L II. Civiliter agunt, uti in aliis delictis, Vultej. Jurispr. Rom. lib. 2. c. 6. n. 2. Dynsing. consil. 8. n. 9. & 10. ita etiam in hoc crimine illi tantum, quorum interest, puta maritus vel uxor, modò non actor vel actrix eodem crimine laboret, c. nihil. 32. quæst. 6. tantum enim abest, ut actor ejusmodi audiatur, vel auditus, quod petit, obtineat, ut potiùs impudentia ipsius coercenda sit, vide Bez. tract. de divor. pag. 183 edit. de anno 1573. Socer etiam ad lucrum dotis ob adulterium à nuru commissum, argumento à sensu contrario ducto ex l. miles. 11. §. socer. 3. ff. hoc tit. & constat etiam ex l. 21. C. Theodos. de incest. Nupr.

L III. Et cum hæc civilis actio æquè tendat ad vindictam ac criminalis accusatio, qui illà egit, non potest etiam hanc criminalem intentare, Cujac. ad d. §. socer. in oper. posthum. Dn. Bocér. d. cap. 3. n. 22. Regula enim juris est, quòd quando utraque actio ad vindictam seu pœnam tendit, tunc unà electà ad aliam transitum non patere, l. quod. 6. in fine. & seq. l. Prætor edixit. 7. §. si dicitur. ff. de injur. Bocér. decis. 289. n. 6. Dn. Bocér. d. c. n. 23.

L IV. An verò accusaturum se adulterum minitans, si maluit accusatione desistere, & civiliter hoc crimen persequi, ac lucrum ex dote petere hoc possit, quæritur? Et non posse constat ex d. §. socer. 3. ubi rejicitur commentum soceri, qui cum nurum adulterii accusaturum testatus fuisset, postea maluit accusatione desistere, & lucrum ex dote petere, ac turpissimo exemplo dicitur desistere ab accusatione, contentus lucrum retinere, ut qui commodum dotis vindictæ domus suæ præponere non erubescat.

L V. Superfluum autem videtur multis monere, hanc actionem hæredibus competere, Regulari enim est, quòd actiones etiam pœnæ persecutoriaræ hæredibus, non verò etiam contra hæredes competant, §. 1. vers. sed hæredibus. Inst. de perpet. & tempor. act. Dn. Bocér. class. 6. disp. 9. sh. 54.

L VI. Quod verò criminale accusationem attinet, cum crimen adulterii publicum sit, ut supra diximus, quilibet de populo eam instituire potest, arg. §. 1. Inst. de public. iud. l. palam. 43. §. senatus. 10. ff. de Res. Nupr. l. quæstium est. 40. in verbo, vel jure mariti, vel jure publ. ff. hoc tit. Dum tamè primò sit masculus; fœminæ enim id non licet, quamvis de suo matrimonio violato queri velit, l. 1. C. hoc tit. quod propter reverentiam & obsequium, quod marito debet, l. unica. §. cum autem. C. de rei uxor. act. l. alia. 14. §. nisi ff. sol. matr. l. si quis. 48. ff. de operis libertorum. Gloss. & Dd. in l. 5. C. de condit. insert. introductum videtur, quamvis propter violatum matrimonium divertere possit, l. consensus. 8. C. de repud. Novell. 117. cap. 9.

L VII. Hæcque jure Civili inspecto sic se habent: Canones enim aliter statuunt, & fœminas etiam ad accusandam mariti turpitudinem admittere videntur, c. apud misericordem. 32. q. 1. ubi gloss. c. præcipis. cap. apud nos. c. fin. 35. q. 5. quos ordinationes Imperii sequuntur. p. 2. G. D. Rejers Carl des sînfften

art. 120. *Wesemb. in paratit. ff. h. c. n. 12. in fine.* immo Magistratui celari vix bonâ conscientia posse adulterium, adeoque maritum vel uxorem, ne, dum præposterâ charitate alienum peccatum foveat, lenocinii suspicionem incurrant, Magistratui indicare debere vult *Bez. tract. de divor. pag. 171. & segg. edit. de anno 1573.* quæ an cum jure Civili novissimo congruant, dubito, propter ea, quæ dicentur *infra. ch. 81.*

LII X. Secundò requiritur, ut masculus accusare volens, major sit 25. annis. Nec enim visus est idoneus accusator, qui nondum robustæ ætatis est, inquit Ulpianus *in l. si maritus. 15. §. lex Julia. 6. ff. hoc tit. nisi suum matrimonium vindicare velit, qui quamvis jure extranei ad accusationem veniat, (quod quid sit, infra explicabitur) tamen audietur, nec enim ulla præscriptio obicitur suam injuriam vindicanti, d. §. 6.*

LII X. Quod tamen diximus *suprà. ch. 56.* quemlibet à populo crimen hoc accusare posse, non ita est intelligendum, quasi promiscuè & indiscriminatim cuilibet, quâdo liberet, ad accusationem provocare liceret, sed ita, ut certus accusandi ordo & forma observetur, ac certæ personæ, quas scilicet injuria propius tangit, aliis in accusando præferantur, de quo in subsequentibus erit agendum.

L X. Quod ergo accusandi ordinem & formam atinet, vel est quæstio de accusando adultero, vel adulterâ accusandâ, vel de utroque simul.

L XI. In accusandâ adulterâ notanda est tum convenientia juris veteris & novi, tum eorundem jurium differentia.

L XII. Convenientiam juris veteris & novi quod cernit, sciendū est, maritum & olim & hodie in accusando semper fuisse potiorē, (sicut & *suprà* cum in civili actione reliquis, quorum fortè etiam interest, prætulimus) cum propensiore irâ, & majore dolore credatur accusationem executurus, l. 2. §. si simul. 8. ff. hoc tit. ut quem magis affligit adulterium uxoris quàm mors filii. *Baldus §. vol. consil. 277. Boß. tractatus crimin. tit. de cois. damn. & pun. n. 46.*

L XIII. Hæcquæ ita se habent, nisi & ipse adulterium commississe convictus esset, vel propriam uxorem prostituendo lenonem egisset, quibus casibus, siue civiliter agat, siue criminaliter, uxorem coram judice deferre nequit, quâ de re extant textus *in l. si uxor. 13. §. judex. ff. hoc tit. l. cum mulier. 47. ff. solut. matr. c. 1. & segg. 32. q. 6. c. significasti. in fin. & cap. seq. ex litteris. X. de divor. c. pen. & fin. X. de adul. c. discretionem. X. de eo, qui consang. ux. sue. eamque communem opinionem esse dicit Clar. in §. adulterium. n. 17. vers. seneur, &c.*

L XIV. Ratio est iniquitas. Iniquum est enim, ut quisque de alio judicare velit, & judicari de se nolit. c. 2. 32. q. 6. Et petiniquum videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat, d. §. judex. in all. l. 13. Quod pendet ex illo æquissimo principio naturali: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, & Quod quisque juris, &c.

L XV. Si tamen adulter de facto uxorem suam adulterari accusaverit, ad id proficit accusatio, ut, si de utriusque crimine judici constiterit, ambo promeritis pœnis subjici possint, l. 2. & d. §. judex. ff. hoc tit. *Rittershus. in differ. jur. Civ. & Can. lib. 2. cap. 11.*

L XVI. Hæc verò si marito obijci nequeant, in accusando, ut diximus, est potior; eo verò cessante pater admittitur, & post hunc, si & ille accusare negligat, cum adulterium totam cognationem denigret, *Roman. consil. 451. col. 2. & Bald. 3. vol. consil. 337. col. 2. Boß. d. tit. n. 44.* cæteros necessarios & propin-

pinquos admitti, *l. quamvis. 30. C. hoc tit.* inter quos ille accusator erit, quem iudex iustius hoc crimen persecuturum arbitrabitur. *d. l. 2. §. fin. ff. hoc tit.*

LXXVII. Quando autem personæ necessariæ desunt, aut accusare non sunt, non carer controversiâ; an extranei admittendi sint nec ne? Et nihil obstante *d. l. quamvis. C. hoc tit.* existimo extraneos admitti, eâ ratione, quod adulterium, ut supra dixi, est crimen publicum, ad cuius accusationem quilibet de populo admittitur, ac proinde etiam personæ extraneæ admittuntur, *Dn. Bocer. d. cap. 3. n. 7. post gloß. in l. 4. in verbo, qui accusare. ff. hoc tit. & in d. l. quamvis. ubi Bart. Salic. & Azo. C. eod. tit.*

LXXIX. Nec distinguitur, cum quonam uxor adulterium commiserit, licet de vi vel metu excipere possit.

LXXIX. Differentia inter jus novum & vetus in eo fuit, quod olim constante matrimonio adultera neque à marito, *l. crimen. 11. C. hoc tit.* neq; à patre, multò minus ab extraneo accusari potuerit, nisi maritus antea lenocinii esset convictus. *l. 3. l. constante. 26. ff. hoc tit.* Quod crimen maritus eo ipso incurrebat, si deprehensam in adulterio uxorem retinisset, *l. 2. C. eod. hoc tit.*

LXX. Ratio hujus juris erat, quod lex censuerit, probatam à marito uxorem & quiescens matrimonium, alium turbare atque inquietare non debere, *d. l. constante.*

LXXI. Matrimonio verò per divortium dissoluto, accusatio procedebat eo, quo dictum fuit, ordine, ut primò scilicet admissus fuerit maritus, *d. l. 2. §. si simul. 8. ff. h. t. & eo cessante, adulteræ pater. d. §. 8. d. l. 3. l. is cuius. 14. §. marito primum. 2. ff. hoc tit.*

LXXII. Hisq; marito inquam & patri, currebāt à die divortii 60. dies, intra quos nemo præter eos rectè accusabat, qui utebantur jure privilegiiario, quod respectivè jus patris vel jus mariti dicitur.

LXXIII. Jus autem mariti vel patris ejusmodi erat, quod maritus vel pater, mulierem adulterii accusantes, se se more alioquin olim usitato inscribere non fuerint coacti, & quod calumniæ crimen non contraherent, etiam si ex nudis suspicionibus egissent, *l. jure mariti. 6. C. hoc tit. & l. quamvis. 30. eod. l. si maritus. 15. §. lex Julia. 6. circa fin. ff. eod. Paul. lib. sing. de adul. ubi, teste Cujac. in comm. posth. ad d. l. 6. C. hoc tit.* ita loquitur: Jure mariti vel patris, qui accusat, potest sine calumniæ poena vinci, i. e. ut, etiam si non damnaverit eam, non suserat talionem sive parem vindictam, quæ est calumniæ poena, ut eum locum interpretatur Cujac. *d. loc.* nisi calumniæ fuisset evidens, de quo casu accipienda est *l. is cuius. 14. §. fin. & l. pater. 30. d. hoc tit.* secundum gloss. & Dd. ad d. §. Wes. in parat. hñ. n. 17. & Cujac. *d. loc.*

LXXIV. Neque separatur filiusfamil. maritus à patrefamil. Utterque adulterum vel adulteram jure mariti accusare potest, & filiusq; etiam invito patre, *l. inter liberos. 6. §. filius. 6. ff. hoc tit.* quia vindictam proprii & maximi doloris exequitur, *l. filium. 37. ff. eod. Cujac. in oper. posthum. ad d. l. 6. in lib. 1. de fin. Papin.*

LXXV. Sed & ea, quæ sine causa olim divertisset à marito, si intra quinquennium, per quod in viduitate perseverare coacta fuit, *l. consensu. 8. C. de repud.* in propriū corpus peccasset, poterat ab eo, perinde ac si maritus esset, adulterii accusari jure privilegiiario, *l. si mulier. 35. & ibi Cujac. in operib. posthum. C. hoc tit.*

LXXVI. Quamvis verò jure Civili cōcubinam habens, etiam adulterium in ea vindicare potuerit, ut dixi supra *th. 41.* non tamen jure mariti in

eâ accusandâ uti potuit, sed jure extranei, ut quilibet de populo. *Cujac. in oper. posthum. ad d. l. 6. ff. hoc tit.*

LXXVII. Et hæc de jure Civili sic sunt intelligenda. Canones namq; etiam in marito accusare volente necessariò inscriptionem requirunt, & hoc jure inspecto ob calumniâ pœnam talionis luit. *cap. iiii. §. X. de procur.*

LXXII X. Post 60. verò dies demum à die divortii computandos, præter maritum & patrem adulteræ, etiam extranei admittebantur, ita tamen, ut accusare, usitato inscriptionis more, fuerint coacti, idque intra quatuor menses utiles, *Wesembec. in parat. ff. hîc. per d. l. is cuius. §. pen. l. 4. §. 1. ff. eod.* quo tempore nec maritus, nec pater in accusando prærogativam habebant, *d. l. is cuius. §. penult. in verbo, ultra eos dies, &c.* sed de justo accusatore iudex constituebat, *d. l. 2. §. fin. ff. hoc tit.*

LXXIX. Quòd si igitur 60. dies quatuor mensibus conjunxeris, manifestum fiet, mulierem intra sex duntaxat menses à tempore divortii accusari potuisse, quod tempus in vidua currebat & etiamnum currit à die perpetrati criminis numerando, *l. mariti. 29. §. sex mensium. §. ff. hoc tit.* ex quo apparet, quòd vidua faciliùs præscribat quàm nupta olim præscripsit, quòd propterea ita fuit constitutum, quia etiam faciliùs accusatur, *gloss. in d. §. sex mensibus. in verbo, si criminis.*

LXXX. Hi sex menses porrò utiles sunt, *d. l. 4. §. 1. d. §. sex mensibus. in fine. l. miles. 11. §. quidam. §. & §. seq. ff. eod.* unde cum huic crimini quinquennio continuo præscribatur, *d. §. sex mensibus.* si contingat elapso quinquennio sex menses utiles nondum expirasse, mulier amplius accusari non poterit, *d. §. sex mensibus. l. quinquennium. 31. ff. eod. hoc tit.* & vice versâ, si sex mensibus utilibus elapsis quinquennium adhuc currat, eadem ratione accusatio ceu extincta amplius moveri non poterit. *Disq. Wesembec. qui existimat, quinquennium circumscriptâ sex mensium præscriptione, hodie indistinctè observari, in parat. ff. hîc. n. 18.*

LXXXI. Et hæc veteris juris dogmata jure novissimo pauculum immutata sunt: Hodie enim dies illi 60. de quibus supra, non amplius attenduntur. Cum enim hodierno jure maritus sine lenocinii crimine uxorem adulteram in matrimonio retinere possit, non modò si incredulitatem criminis prætexat, *d. l. mariti. 29.* sed & si deprehendat in adulterio, cum & damnatam recipere possit, *auth. sed hodie. C. hoc tit.* idè etiam constante matrimonio accusatio hodie rectè instituetur, *Azo & Hostiensis in S. in rubr. C. h. t. Wesemb. in parat. ff. hoc tit. n. 18.* sive quæstio sit de marito ipso, si fortè ex suspicionibus egerit, *l. crimen. 11. cum auth. seq. C. eod.* sive de aliis personis, observato tamen ordine, de quo supra, ita ut iis, quos injuria propius tangit, priùs locus fiat, qui hoc etiam privilegii loco habent, ut impunè eis pœnitere, & ab accusatione desistere liceat, petita tamen veniâ à iudice, quam omnino impetrabunt, *l. quamvis. 30. C. hoc tit. & ibi Cujac. in comment. posthum.* cum alioquin abolitio non temerè nec sine causæ cognitione concedi solet. *l. 2. C. de abolit. d. l. quamvis. 30. C. hoc tit.* Quòd si personæ necessariae nullæ sint vel cessent, extranei demù admittuntur, per ea, quæ tradit *Wesemb. in parat. ff. hîc. n. 10.* habitâ insuper sex mensium utilium, aut quinquennii eo, quo supra recensuimus, modo, eâ ratione, quod semestris à die commissi criminis nunc computandum censeo, *vide ibi. 78.*

LXXXII. Et hæc ita se habent, nisi adulterium per vim fuerit commissum, tunc enim huic crimini quinquennio non præscribitur. *l. mariti. 29. §. fin.*

§. fin. ff. hoc tit. Afflict. in iis. quæ sint regal. §. condemnator. n. 14. in usib. Feud. Boer. in decif. 26. n. 14.

LXXXIII. Sed & hujus quinquennii tunc demum habetur ratio, si agatur ad pœnam temporalem, non si ad spirituale, quia maritus etiam elapso eo tempore potest petere separationem thori. *Cravett. de antiquis. tempor. part. 4. sectione. Materia ista singularis testium. n. 88.*

LXXXIV. Sed quando dicendi sunt cessare ii, quos propius tangit injuria? Resp. cum hoc jure definitum non sit, arbitrio judicis esse relinquendum. *Menoch. de arbitrar. judicium quæst.*

LXXXV. Jure etiam novissimo, maritus constante matrimonio uxorem accusare volens, inscribere se cogitur. *Nov. 117. c. 8. versc. si de adulterio. ubi Accurs. in verbo, inscribere. Cujac. in comment. de divers. & temporal. præscript. cap. 13. Dn. Bocer. d. cap. 3. n. 118.*

LXXXVI. Hæcque ita se habent, dum quæritur de accusandâ adulterâ. Adulterum quod attinet, tam jure veteri quàm novo, etiam constante matrimonio, ab extraneo postulari potest, *l. vim passam. 39. §. 1. ff. hoc tit.* non verò à marito adulteræ. *l. miles. 11. §. 1. §. violenti. 10. ff. hoc tit.* quia suam ipsius allegaret turpitudinem, nec se satis à lenocinii crimine excusare posset, si damnare vellet maculam atq; labem in eâ muliere contractam, quam ipse adeo non damnet, ut etiam in conjugio & lare suo retinere non vereretur. *verba sunt Wesembec. in parat. hic. n. 16.*

LXXXVII. Porro in adultero accusando (quod & in aliis personis quasi adulterum perpetrantibus observatur, *l. mariti. 29. §. hoc quinquennium. 6. ff. hoc tit.*) à die commissi criminis semper totum quinquennium delatori sive accusatori cedit, *l. adulter. 5. l. ita nobis. 28. C. eod.* etiamsi mulier adultera superstes amplius non sit. *l. miles. 11. §. adulterium. 4. l. vim passam. 39. §. 2. & l. fin. ff. hoc tit.* Est quidem hoc crimen adulterii cômune duorum, sed judicium non est commune duorum, verùm unus post alterum debet accusari, ita ut mors unius non possit tantum proficere, quò minus ad judicium alter trahatur, *l. vel antequam. 18. & seq. ff. hoc tit. Cujac. ad d. §. adulterii. in operibus posthum. ad lib. 2. Papin. de adulter.*

LXXXVIII. Ex hoc etiam, quod diximus, apparet, *l. Juliam* magis favore adulteræ ut imbecilliori, quàm adultero, nam adulter non nisi quinquennio completo securus est, adultera etiam ante quinquennium completum liberari potest, videlicet si sex menses utiles intra illud quinquennium præterierint, ut diximus suprâ *ih. 79.* & videatur etiam Cujac. *ad d. l. 5. C. hoc tit. in oper. posthum.*

LXXXIX. Rationem verò, cur adulteræ accusandæ sex menses computentur à die divortii, cum quinquennium, quod pro adultero accusando competit, currat à die commissi criminis, vide apud Cujac. *d. loco.*

XC. Dum verò quæritur, an adulter & adultera simul accusari possint? dicendum, eos simul ab eodem (nam à diversis singuli possunt, *l. denunciâsse. 17. §. quæritur. 6. ff. hoc tit.*) ne jure quidem mariti posse, *d. l. 15. §. fin. l. nubi interverit. 32. §. 1. l. vim passam. 39. §. duos. 6. hoc tit. l. 1. §. accusationem. 10. versc. & quia idem ff. ad S. C. Turpill. l. reos. 8. C. hoc tit.*

XCI. Excipitur, si adulterium incesto junctum fuerit, quo casu ambo, qui illud patrârunt, simul ab eodem accusari possunt. Rationem reddit Cujacius in d. comment. *ad d. l. vim passam. 39. §. incesti. 7.* Quia quoties, inquit, duplex est crimen, sumere oportet, quod in altero ex duobus jura durius

constituerunt; jam verò incesti commune crimen adversus duos simul intentari potest. d. §. incesti. 7. l. qui pupillam. 7. §. ultimò. ff. eod. ergo & adulterii crimen incesto junctum.

XCII. Ratio verò, cur commune crimen incesti adversus duos simul ab eodem intentari possit, non etiam commune crimen adulterii, ea est, quia, ut ait d. l. 8. c. hoc sit. hoc ne fiat, l. Julia verat nominatim; In crimine autem incesti id nulla lex verat, & ideo consequens est, nos in crimine incesti debere sequi jus commune, quo est receptum, ut quis plures ejusdem criminis reos facere possit, l. 1. c. si reus vel accusat. movi. fuer.

XCIII. Cur verò l. Julia noluerit in adulterio jus commune servari: i. e. ambos simul deferri adulterii reos, hæc est ratio, ut cohibeatur nimium studium accusatoris, qui hac in re uno accusatore non est contentus; neque enim ex l. Julia tam est arcta hujus criminis executio, quam cæterorum; nam & brevitate temporis lex constringit crimen, i. e. quinquennio continuo vel 6. mensibus utilibus, ut suprâ diximus, & variis præscriptionibus crimen elidi patitur, ut infrâ ostendam, & minores, qui in aliis causis admittuntur, ab accusatione repellit, ut superius quoque fuit expositum, ita Cujac. in comment. posthum. ad d. l. 3. c. hoc sit.

XCIV. Excipitur insuper, si ageretur coram Judice Ecclesiastico ad separationem thori, quia tunc adulter & adultera in eodem libello accusari possunt, gloss. singul. in c. statuit. 2. q. 5. quam refert & sequitur Roman. sing. 276. Tu scis. Bajard. in addis. ad Jul. Clar. §. adulterium. n. 1. item, si ageretur ad effectum perdendæ dotis. Bald. consil. 6. n. 4. Bajard. ad d. §. adulterium. n. 4.

XCV. Unus ergo post alterum regulariter accusandus est, ubi tamen nihil refert, à quo quis velit initium facere, d. l. si maritus. 15. §. fin. quod verum est, si post obitum mariti vidua permanferit, l. nuptiam. 5. ff. hoc sit. aut post repudium & denunciationem mariti, quod adulterii cum ipsa acturus sit, alii nupserit, hinc enim casibus mulier prius accusari poterit, l. qui uxori. 16. cum l. seq. hoc sit. aliàs mulier dimissa ob adulterium, si mox alteri nupserit, quod ipsi licet, modò nondū inter reas relata sit, l. reas. 26. ff. de R. N. vel maritus, qui eam dimisit, fuerit mortuus, l. miles. 11. §. fin. ff. hoc sit. nō potest antè accusari, quàm adulter convictus & damnatus fuerit, etiamsi mulier post libellum divortii ei nupserit, qui in suspicionem adulterii cum ea muliere commissi incidit, seu quem maritus tanquam adulterum suspectum habet, l. 2. in princ. d. l. nuptiam. 5. in fine. & l. miles. 11. §. licet. 11. l. vim passam. 39. §. 3. l. 40. ff. hoc sit. Ratio hujus rei est, ne temerè benè concordans matrimonium dicimatur, d. §. licet. 11. & ibi Cujac. in operib. posthum.

XCVI. Prius ergo hoc casu accusandus est adulter, qui si absolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec ultrà accusari poterit, nisi nupta esse defuerit, neque enim alias lex tuetur quàm eam, quæ nupta est, quamdiu nupta erit, l. 19. §. fin. ff. hoc sit. Si condemnatus fuerit, mulier propterea condemnata non est, sed si postea accusatur, aget causam suam, fortassis & obtineat vel gratiâ, vel iustitiâ, vel legis auxilio possit. Quid enim, si adulter inimicitiis oppressus est, vel falsis argumentis testibusque subornatis apud judicem gravatus, qui aut noluit, aut non potuit provocare; mulier verò judicem religiosum sortiatur, ac pudicitiam suam defendat: ut loquitur J. C. Ulpianus in d. l. denunciâsse. 17. in fine. ff. eod.

XCVII. Reliqua, quæ ad formâ accusationis hujus criminis requiruntur videntur, ut quod reus, priusquàm accusatur, postulandus sit, l. si adulterium.

vium. 38. §. fin. ff. hoc tit. & ibi Cujac. in comment. posth. quod quid sit, vide in l. vna passam. 39. §. 2. & ibi quoq; Cujac. in comment. posth. quod libellus inscriptionis seu accusationis legitimè concipi & ordinari debeat, de qua legitimâ libelli conceptione Wesemb. in parat. ff. de accusat. n. 12. Dn. Bocer. sapius allegato cap. 3. n. 88. & seqq. quod accusator jubeatur cavere, quod in accusatione rei usque ad sententiam perseverare, & intra certum tempus à iudice præfinitum crimen probare velit, de quo l. 3. l. 7. C. qui accusat. post. Peintische Halsgerichts Ordnung Keyfers Carl des V. artic. 12. & ibid. Dn. Bocer. d. cap. 3. n. 119. & seqq. ut quod accusatio ista debeat institui in eo loco, quo admissum est crimen, l. si d'm in tuo. 14. & l. seq. junctâ a. auth. si verò criminis. C. hoc tit. vel ubi reperitur adulter vel adultera, si reus ibi habuerit domicilium nec ne; Dn. Bocer. d. cap. 3. n. 59. quod item absens condemnari nequeat, d. l. si maritus. 15. §. 1. ff. hoc tit. l. si quondam. 15. C. eod. hæc & similia cum non sint hujus accusationis propria, sed generalia, ac reliquorum criminum accusationibus communia, ut hæc de re videre licet tum allegatos DD. tum text. in l. si cui. 7. §. idem Imperator. 4. l. fin. ff. de accusat. l. 1. C. ubi de criminibus agi oporteat. l. absentem. 6. C. de accusat. l. inter accusatorem. 10. ff. de public. jud. idè ad evitandam controversiam, eos, qui de hac re plura volent, transmitto ad allegatos DD. quibus addo Emericum à Rosbach in pract. crimin. non ita pridem edita, & alios quamplurimos.

X C I X. Diximus suprâ ib. 46. duplici modo, ut in aliis criminibus, ita & in hoc procedi, vel ad instantiam partis per viam accusationis, vel ex officio judicis per viam inquisitionis: licet quidam existiment, judicem in causa adulterii non posse præcedere ex officio, ut est Lud. Caver. in pract. crim. §. homicidium. 6. n. 260. Hodie etiam apud Pontificios, postquam in Concilio Tridentino dispositum est, ut ex officio Magistratus de adulterio inquirere cogatur, sess. 24. c. 8. Grave sub decreto de reformat. matrim. res dubio caret. De priore modo hætenus; sequitur ergo nunc alter, qui fit per inquisitionem.

X C I X. Inquisitio in genere est criminis indagatio, accusatione cessante officio judicis instituta, D. Bocer. d. c. 3. n. 133. Quamvis verò Judex per hunc inquisitionis modum procedere non possit, nisi cerè de crimine ipso constet, adeò ut antea manus ipsi ligatæ esse dicantur, Hippol. de Marsil. consil. 8. n. 1. Coshm. resp. 12. n. 17. vol. 1. & post eos Dn. Bocer. d. c. 3. n. 141. si tamen de adulterio vel alio quopiâ crimine agatur, cujus nulla post factum remanerent vestigia, quodq; trāsseuntis facti est, atq; ita probationis difficilis, ut Judex ex officio inquirere possit, de crimine cerè constare necesse non est, sed sufficit, eum, de quo inquisitio est instituenda, indicis & cōjecturis validioribus & facto propinquis (remotiorum enim & leviuscularum nulla est habenda ratio, Peintische Halsgerichts Ordnung Keyfers Carl des fünfften artic. 6. Hippol. de Marsil. consil. 12. n. 33. & seqq. & alii à Dn. Bocer. d. c. 3. n. 148. allegati) esse gravatum, ut post Farinac. lib. 1. de inquisit. q. 2. n. 12. 13. & 23. scribit Dn. Bocer. d. c. 3. n. 116.

C. Unde si alicujus conjux visa sit certo quodam tempore colloqui occulte cum mare quodam & amplexu illius teneri, idque per certas ad id constitutas personas publicas, de quibus vide Wesemb. in parat. ff. de accusat. n. 3. ad judicem fuerit delatum, judex potest ac debet, porrectâ sibi de eo facto querelâ, ex officio inquirere in facinus illud, & contra ipsos delinquentes informationem assumere, citando & examinando eos, vel etiam in carcerem ducendo. Clar. in pract. crim. q. 4. n. 3. Dn. Bocer. d. loco.

C I. Quin etiam si maritus uxorem adulteram non accusaverit, sed adulterum tantum, iudex contra eam ex officio procedere poterit. *Gramm. decis. 13. Bajard. ad Jul. Clar. in §. adulterium. in additionib. n. 8. & seq.*

C II. Reliqua, quæ de inquisitione DD. *Bos. in tractatu crimin. tit. de inquisit. Clar. in pract. crimin. q. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Rosbach in d. quog. pract. crimin. tit. 1. c. 12. Dn. Bocer. d. cap. 3. n. 132. & seqq. usque ad finem d. c. 3. & alii tradunt, cum generalia sint ac cæterorum criminum investigationi communia, ne in sapientiæ legem, quam Logici *γινωσκον* vocant, peccarem, studio omisi.*

C III. Et hæc de modis deferendi crimen adulterii ad ipsum iudicem.

C IV. Iudex eo, quo diximus, modo de crimine ejusque autore informatus, quam primum curare debet, ut reus reave in judicium adducatur, ejusque copia fiat, quò si nocens deprehendatur, competentibus pœnis subjici queat.

C V. Solent autem reus reave in judicium adducti modò tacere, modò crimen fateri, modò verò illud negare: si taceant, pro confessis simpliciter habentur. *Pædian. quem refert & sequitur Cujac. in comment. posth. ad l. 13. C. h. v.*

C VI. Fatentur crimen vel simpliciter, vel ita, ut exceptionibus, eculyptoe quodam, oppositis sese defendere actueri conentur.

C VII. Si crimen simpliciter fatentur, (quod non nisi perrarò & ab imprudentissimis fieri consuevit, *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 41. in fine.*) dummodò aliter quoque de delicto constet. *l. 1. §. 17. ff. de quest. Cærens. & DD. in d. l. fin. C. de probat. Clar. lib. 5. §. adulterium. q. 55. n. 10. confessio in judicio facta hæc ad damnationem sufficit. l. proinde. 25. §. ult. ff. ad l. Aquil. l. 1. ff. de confess. l. unic. C. eod. Wesemb. in comment. Instit. in præf. tit. de publ. judic. n. 10. column. (mibi) 1333. & in parat. ff. de confess. n. 10. quod tamen ipsum non sine exceptione verum est, quâ de re videri potest *Wesemb. d. loco. Gotofr. in notis ad l. si confessus. 5. C. de custod. & exhib. reor. quib. add. Math. de Afflict. decis. 176.**

C IIX. Verùm quia hujus criminis confessio nihil habet particulare & proprium, idèò pertracationem ejus tanquam hic impertinentem omittere duxi. Plura qui hæc de re volet, adeat *Borcholt. consil. 11. §. 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.*

C IX. Si verò reus reave defensiones objicit, omninò sunt audiendæ, etiam si appareat justam aliquam non subesse. *Hippol. in pract. §. quoniam. n. 31. & 32. Wesemb. in parat. ff. de accusat. n. 12. pag. mibi 914. Ordo igitur nunc postulat, ut de reorum hujus criminis defensionibus videamus.*

C X. Sunt autem defensiones seu exceptiones, quæ hic obijci possunt, duplices, ut & aliæ, peremptoriæ vel dilatoriæ; de quibus in genere sciendum, quòd licet omnes olim proponendæ fuerint, antequam quis inter reos esset relatus, *l. 2. §. qui hoc dicit. 4. & §. extraneus. 7. ff. hoc tit. l. si maritus. 15. §. præscriptiones. 7. ff. eod. Cujac. ad d. l. quoniam. 26. & duas seqq. in comment. posthum. hodiè tamen secus sit, nam institutâ cujuslibet criminis accusatione vel inquisitione, relatoq; inter reos nomine, eodem modo causa agitur per litis contestationem, exceptiones, probationes, &c: quo in civilibus agitari solet, inquit *Wesembec. d. n. 12. pag. 913. per l. 2. C. de exhib. reis. l. qui accusare. C. de edendo. l. adulterium. C. hoc tit. d. l. si maritus. 15. §. præscriptiones. 7. ff. eod.**

C XI. Dilatoria exceptio est, veluti si mulier dicat, à se nò esse incohendam

dam accusationem, quam exceptionem utiliter objicere potest, si post divortium, antequam maritus ipsi nunciaret, ne alteri nuberet, ad secunda vota transierit, *l. iia nobis. 28. C. hoc tit.* aliis si denud non nup sit, vel nup sit, post denunciationem tamen, hæc ipsius exceptio nullius esset momenti, *l. nuptiam. 5. l. qui uxori. 16. cum l. seq. ff. hoc tit.*

CXII. Item, si dicat, se post 60. dies jure mariti accusari non posse, *Azo in summa. C. hoc tit. n. 11.* tot enim dies accusare volentibus sunt præstituti, *l. jure mariti. 6. C. eod. & diximus supra thes. 72.*

CXIII. Vel si alicui adulterum & adulteram simul accusare volenti, alteruter accusatorum respondeat, hoc legibus esse contrarium, *l. denunciasse. 17. §. queritur. 6. l. nihil interest. 32. §. 1. ff. hoc tit.* quamvis accusator hanc exceptionem replicando elidere possit, si dicat, incestum adulterio esse conjunctum, tunc enim adulterum & adulteram simul accusari posse constat, *l. vim passam. 39. §. incesti. 7. ff. hoc tit.*

CXIV. Talis insuper exceptio est, quæ objicitur accusatori minori 25. annis, *Cujac. ad d. l. quoniam. 26. & duas seqq. in comment. posth. C. hoc tit.* minorem enim idoneum hujus criminis accusatorem non esse, certum est ex *l. si maritus. 15. §. Lex Julia. 6. ff. eod.* nisi minor sit, qui suum matrimonium vindicare velit, tunc enim adversus accusati exceptionem replicationis locus erit.

CXV. Sed & peremptoriæ exceptiones in hoc judicio sæpius opponuntur, qualis est prescriptio quinquennii & sex mensium utilium, *l. adulter. 5. l. iia nobis. 28. C. hoc tit. l. 29. §. sex mensium. 5. ff. eod.* quæ tamen exceptio contrariâ replicatione eliditur, si dicatur, incestum adulterio junctum esse, nam huic crimini non præscribitur minori spacio 20. annorum, *Clar. lib. 5. sent. §. adulterium. n. 20. & multi alii, quos refert Bajard. in addis. ad Clar. d. §. adulterium. num. 59.*

CXVI. Item, si dicatur maritus destituisse, denud enim accusare volenti exceptio objicitur peremptoria, si semel destiterit, *l. 2. §. 1. l. quæ situm. 40. ff. hoc tit. l. abolitionem. C. eod.*

CXVII. Vel si dicat mulier, absolutum esse adulterum, nam hoc casu mulier per eum vincet, nec amplius accusari potest, *d. l. denunciasse. 17. §. queritur. 6. ff. b. t. Bajard. in add. ad Jul. Clar. d. §. adulterium. n. 94. & diximus supra thes. 96.* quamvis hæc exceptio illâ replicatione elidi possit, si accusator dicat, adulterum per collusionem esse absolutum, tunc enim mulier interim quidem, dum nupta est, defenditur, non posteaquam desierit esse nupta, *Azo in summa. C. eod. n. 11.*

CXIX. Jure etiam mulier excipit, si dicat, se vi ab alio fuisse oppressam, talis enim adultera dici nequit, ut supra ostensum est *the. 25.* Ergo nec jure accusari poterit, *Bajard. in addis. ad Clar. d. §. adulterium. n. 15.*

CXIX. Item, si mulier contra accusationem mariti sui dicat, eum concubinam alere, *Decius in l. semper in conjunctionib. 197. ff. de R. J. Bajard in add. ad Jul. Clar. d. §. adulterium. n. 11.* vel aliis eum malo suo exemplo anam perpetrandi sceleris ipsi præbuisse. Judex enim adulterii ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudicè vivens, mulieri bonos mores colendi author fuerit. Periniquum enim videtur, ut pudicitiam vir exigat, quam ipse non exhibeat, *l. si uxori. 13. §. judex. ff. hoc tit. Azo in d. summa. n. 13.*

CXX. Similis exceptio superiori est, si adulter vel adultera accusata accusatori marito lenocinii crimen objiciat, *d. l. iia nobis. 28. C. hoc tit. l. cum mulier. 47. & ibi Goto. ff. sol. matr.* quæ tamen ut & superior exceptio potest

& maritum condemnare, non reum excusare, vel crimen mutuā compensatione tollere, d.l.2. §. si publico. 5. cum duabus seqq. ff. hoc tit. & l.13. §. iudex. 5. ff. eod. huiusmodi enim compensatio iure non recipitur, d.l.2. §. qui hoc dicit. 4. ff. eod. tit. cum privatorum pactis iuri publico derogari nequeat, l.38. ff. de pactis.

CXXI. Item, si mulier dicat, marito de adulterio ab eo commissio constituisse, & tamen nihilominus ipsi debitum naturæ præstitisse, nam ex eo adulterium ipsi remisisse videtur, gloss. inc. fin. in gloss. unic. de furi. Clar. §. adulterium. n.18. Bajard. ad d. §. n.16. Covarr. som.1. de matrim. part.2. c.7. §. 7. n.11. Sicut ob eandem rationem vir contra mulierem excipere potest, si post commissum ab eo adulterium passa sit ab eo se cognosci, Bajard. ad d. §. n.118. post Bertaz. consil.2.28. n.12.

CXXII. Hæcque modò recensitæ exceptiones civiliter agenti opponi etiam possunt ad id, ut actor, siue agat ad dirimendum matrimonium, siue ad lucranda dotem, &c: non obtineat, c. nihil. 32. q.6. quibus tamen casibus Magistratui vel Ministerio non esse connivendum, rectè tradit Berz pag.183. d. edit.

CXXIII. Et hæc exceptiones seu præscriptiones omnes etiam iure novo admitti existimo, non obstante d.l. ita nobis. 28. C. hoc tit. quæ dicit, se omnes præscriptiones remove, exceptis tribus ibidem nominatis, quia scilicet ex tantum præscriptiones improbantur secundum Azonem in d. summa. n.15. quæ olim habebant locum in solemnitate verborum, (ut, si caderet aliquis syllabâ in accusatione proponenda) vel secundum Cujac. in d. l. ita nobis. in comment. posthum. quæ erant captiosæ, elusoriæ vel moratoriæ, ut præscriptio fori, quâ nixus reus conatur declinare forû mariti, cuius etiam ratio non habetur in l. fin. C. Theod. hoc tit. & præscriptio hæc: Si non præiudicium fiat filio impuberi ex eo matrimonio suscepto, in quo dicitur adulterium commissum esse, quæ præscriptio etiam aboletur l. miles. 11. §. quæ propter. 9. ff. hoc tit. item præscriptio repetendæ dotis vel pecuniæ debitæ ex aliquaratione, si mulier contendat, prius sibi eam reddi oportere, quàm fiat rea adulterii, quæ aboletur l. adulterii. 33. C. eod. Cujac. d. loco.

CXXIV. Hisce à iure improbatis præscriptionibus adijcienda etiam ea exceptio, si mulier dicat, maritum ob sævitiam ipsius, Paris. consil.23. n.45. & 60. vol.4. Bajard. ad d. §. n.75. vel ob non redditum ipsi naturæ debitum, adulterandi occasionem ei præstitisse, licet enim vir occasionem dederit, ob honorem tamen fidemque matrimonii castitatem servare debuit, Boër. decis. 297. n.15.

CXXV. Item, si uxor famis necessitatem, Menoch. consil.31. n.30. & 32. vel paupertatem prætendat, l. palam. 43. §. non est ignoscendum. 5. ff. de R. N.

CXXVI. Huc pertinet etiam illa exceptio, si dicat mulier, matrimonium se contraxisse (de facto fortè, nam de iure non potest, l. Claudius. 13. ff. de his, quæ ut indigni. 3) cum eo, cum quo tempore primimari adulterium commississe arguitur; adulterium enim matrimonio cum adultera postea contracto non extinguitur, l. commissum. 27. C. hoc tit. tot. tit. X. de eo, qui duxit in matrim. &c.

CXXVII. Sed & exceptio pacti seu transactionis, dum de adulterio quæritur, improbat; transigere enim vel pacisci de crimine adulterii non licet, d.l. de crimine. 10. l. transigere. 18. C. de transact. Cujus quidem rei, omisis aliorum opinacionibus, hanc rationem esse existimo, quod iure veteri in adul-

adulteros poena sanguinis constituta non fuerit, & proinde ex posteriore capite d. l. *transigere*. eo de crimine transigi non potuerit. Et licet postmodum gladii poena in adulteros sit constituta, ut infra dicitur, vetus tamen jus de non transigendo super adulterio illatum permanit: novæ enim constitutiones strictè sunt accipiendæ, non etiam extendendæ in correctione juris antiqui. l. *precipimus*. 32. §. *fin.* C. de appell. & c. 1. de constit. in 6. Quamvis ergo jus vetus in adulterii poena sit immutatum, cum poena iusta sit esse capitalis, & ultimum supplicium, quia tamen nullâ lege novâ expressè & nominatim transactio permittitur in adulterio, jus illud antiquum de non transigendo super adulterio intactum mansisse intelligitur, præsertim cum consequentiæ in novo jure constituendo non valeant, ut docet Cujac. in paras. C. us. action. ab hærede & in hæredem incipiant. adeoque non liceat dicere, adulterii poena novo jure est capitalis, seu ultimum supplicium, ergo autoritate illius novi juris transactio super eo est permittitur, & ita sentit Alciat. lib. 5. paradox. c. 8. & in d. l. *transigere*. Cujac. lib. 6. obs. cap. 11. & lib. 19. c. 39. item lib. 20. cap. 18. & cap. seq. & in operib. posithum. ad d. l. de crimine. C. hoc tit. Dn. Bocer. d. tractat. de adulteriis. c. 3. n. 44.

CXXXIX. Et hæc ita se habent, si reus factum non omnino neget; si verò crimen prorsus inficietur, uti communiter fieri solet, ad probationem confugitur, ut & aliàs tam in criminalibus, quàm civilibus fieri consuevit.

CXXXIX. Probatur autem per testes, qui deponunt, quod marem & scæminam complexu venereo junctos cõplexerint, l. quod ait lex, 23. in princ. ibi: in ipsa turpitudine, item ibi: in ipsis rebus venereis. ff. h. t. c. præterea. 27. ibi: de visu. x. de testib. & attestat. Dn. Harprecht. ad §. item lex Julia. 4. Inst. de public. judic. n. 18.

CXXX. An autem etiam domestici testes in hoc crimine recipiendi sint nec ne, infra dicitur: videatur interim Wesemb. in paras. ff. h. t. n. 18. col. mhi 928. & Mynsing. respons. i. n. 25.

CXXXI. Quia verò adulterium est de his criminibus, quæ occultè & clam committi solent, adeoque rarò contingit, ut testes de ipso congressu venereo testari possint, unde etiam difficilis probationis esse dicitur, Mascardus de probat. conclus. 57. n. 3. & seq. vol. 1. Menoch. de arbitr. jud. quæst. casus 116. n. 11. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 41. n. 1. Mynsing. respons. i. n. 20. fit ut ad præsumptiones & conjecturas recurrendum sit, & ab his adulterii probatio petenda, Mascard. d. conclus. 57. n. 6. & 7. Menoch. d. n. 1.

CXXXII. Videndum est ergo, quæ sint adulterii præsumptiones, (quæ voce malo uti, quàm indiciorum: præsumptionis enim vocabulum latius patet, & non tantum oritur à probabilibus, sed etiam à necessariis; indicium verò solum nascitur à probabilibus, uti pluribus hac de re differit Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 7. n. 1. & seq.) tum quâ ratione seu quibus testibus illa probentur.

CXXXIII. Sunt autem præsumptiones non omnes unius generis; aliæ enim necessariò & ut Dd. loquuntur, concludenter adulterium probant, aliæ verisimiliter tantum, aliæ ne verisimiliter quidem per se singulæ consideratæ, sed suspicionem tantum aliquam commissi hujus criminis post se relinquunt, quamvis si plures concurrant, verisimile adulterii indicium præstare queant, unde etiam poenarum diversitas & gradus existere solent, ut infra fiet manifestum.

CXXXIV. Necessariò adulterium probant præsumptiones juris &

de jure, unde etiam necessariae appellantur, *Spec. tit. de præsumpt. §. species. n. 5.* Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 3. n. 1. super quibus videlicet lex ita firmum jus inducit, ut eas pro veritate habeat, Bald. in l. seve possideris. n. 6. C. de probat. Felin. in cap. quando. n. 3. de præsumpt. Alciar. in tractatu de præsumpt. in prelude. n. 3. Menoch. d. q. 3. n. 18. nec contrariam probationem admittat, Bald. in rubr. X. de præsumpt. n. 1. & alii, quos refert & sequitur Menoch. d. q. 3. n. 20. unde etiam reus ejusmodi præsumptionibus gravatus ordinariâ legis pœnâ affici potest, ut pluribus ostendit Menoch. d. lib. 1. de præsumpt. q. 97. n. 1. 2. 3. & seqq.

CXXXV. Ducuntur autē illæ præsumptiones vel à naturalibus principiis, vel ab humanis, Menoch. d. lib. 1. de præsumpt. q. 3. n. 2.

CXXXVI. A naturalibus, veluti si maritus jam per biennium abfuerit, & domum reversus repererit uxorem prægnantem, gloss. & Canonistæ in c. dixit. 32. q. 1. Felin. in c. præterea. n. 3. de testib. Menoch. d. præsumpt. 41. n. 4. 5. & 6. Dn. Boccr. d. cap. 4. n. 6.

CXXXVII. Item, si maritus tantâ corporis infirmitate aliquamdiu laboraverit, ut uxori suæ conjugale debitum certò præstare non poterit, ipsa tamen interim grvida facta fuerit, l. filium. 6. ff. de his, qui sunt sui vel alij. Dn. Boccr. d. cap. 4. quæst. 7.

CXXXVIII. Ab humanis ducta principii est illa juris & de jure præsumptio, quando adulterii accusati colore proximitatis vel cognationis sese excusant, quasi propterea sinistra de se commissi adulterii suspicio concipi non debeat, & tamen post excusationem subsequutamque absolutionem, matrimonium inter se contrahunt, l. si qui adulterii. 34. C. hoc tit. Specul. in d. tit. de præsumpt. §. species. n. 4. versic. Item si te accuso. Menoch. d. præsumpt. 41. n. 7. & idcò iterari judicium adulterii potest, & adversus eos, tanquam convictos & confessos, procedi, Cujac. in oper. posthum. in l. 2. C. hoc tit.

CXXXIX. Ejusdem generis est & illa juris & de jure præsumptio, si cui à marito ter denunciâtum fuit, ut ab uxoris suæ consortio abstineret, nec eam alloqueretur, & tamen is spretâ hac denunciatione repertus fuerit cum muliere colloquens, auth. si quis. C. hoc tit. Menoch. d. præsumpt. n. 9.

CXL. Huic similis est & illa, si Magistratus alicui de adulterio suspecto sæpius interdixerit, ne domum illius mulieris, cum qua suspectus est, ingrederetur, ipse autem contra interdictum in domo suspectæ mulieris reaperiatur. Angel. in d. auth. si quis. C. hoc tit. Moller. 3. semestr. cap. 26. Dn. Boccr. d. cap. 4. n. 12.

CXLI. Hæc præsumptio etsi scripta non sit in lege, ut propterea inter præsumptiones juris & de jure recensenda non videatur, quia tamen propter rationis identitatem, maximam habet cum præcedenti, quæ scripta est, & affinitatem, de ea idem judicandum erit, quoad sui effectum, quod de ipsa scripta. Cum enim casus omnes lege comprehendi non potuerint, de similibus ad similia procedimus, l. non possunt. ff. de legib. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 5. n. 18. & 19.

CXLII. Verisimiliter adulterium arguunt præsumptiones juris, unde etiam verisimiles seu probabiles dicuntur, ex quibus scilicet plerumque adulterium arguitur non necessariò, non semper, & ubique, & ob id non certa, sed veluti certa appellantur indicia in l. milites. 8. C. de quæst. Dn. Boccr. d. cap. 4. n. 13. unde etiam probationem admittunt in contrariû, l. Divus ff. de integr. restit. Felin. in c. 5. n. 3. de præsumpt. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 35. n. 6. & alibi.

CXLIII. Quam.

CXLIII. Quamvis verò Dd. ut Baldus *in rubric. C. de probat. n. 6. versic. Exemplum igitur istud. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 4. n. 1. & lib. 6. præsumpt. 49. n. 4.* eas præsumptiones juris esse velint, quæ à lege pro talibus nominatim recipiuntur, unde etiam præsumptiones juris appellari videntur, si tamen præsumptiones aliquæ non scriptæ sint, quæ æquè ut comprehensæ legibus ad adulterium plerumque arguunt, ac ita earum cum scriptis eadem sit ratio, quoad effectum juris eas pro scriptis habendas esse existimo, per ea, quæ tradit Menoch. *de præsumpt. d. lib. 1. q. 5. n. 18. & 19.*

CXLIV. Harum porro effectus & operatio est, ut, nisi reus talibus oneratus contrarium probet, (de qua earum probatione vel defensione vide Mascard. *de probat. vol. 1. conclus. 59. n. 11. 12. & 13.*) non quidem ad pœnam l. Juliae ordinariam infligendam; tunc enim probationes luce meridiana clariores, vel præsumptiones, quas jura pro talibus habent, requiruntur, *l. fin. C. de probat.* sed vel ad torturam, *d. l. miles. 8. §. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 97. n. 25.* modò criminaliter agatur, & non civiliter, puta ad effectum amittendæ dotis, &c: Bald. *consil. 6. n. 6. vol. 5. Bajard. in addit. ad Clar. §. adulterium. n. 20.* vel etiam ad extraordinariam adulterii pœnam, Menoch. *d. q. 97. n. 15. 16. 17. 23.* & d. *præsumpt. 41. n. 15. versic. verum imponi.*

CXLV. Profunt insuper hæ conjecturæ ad thori separationem & amissionem dotis, & donationis propter nuptias, prout vel uxoris, vel mariti adulterium arguitur, *c. l. l. l. 12. X. de præsumption. & c. 4. X. de donat. inter vir. & uxor. glo. in c. præterea. X. de testib. Cravett. consil. 205. n. 19. Roland. consil. 50. n. 3. & 4. lib. 1. Menoch. d. præsumpt. 41. & seq. Mynsing. respons. 1. n. 4.*

CXLVI. Nunc ad exempla. Hujusmodi ergo præsumptio esse dicitur, si solus cum sola, nudus cum nuda, in eodem thoro jacuerint, *d. c. l. l. 12. Mascard. de probat. conclus. 59. n. 8. Menoch. d. præsumpt. 41. n. 12. Dn. Rocer. d. cap. 4. n. 21.*

CXLVII. Hæc præsumptio licet violenta & certa nominetur in d. c. ut etiam adulterasse aliquam vel cum ea jacuisse, paria sint, *Alexand. in consil. 77. n. 2. vol. 7. Bos. tractatu crimin. rit. de coitu damnas. & punib. n. 58.* ad id tamen non proficit, ut pœnal. l. Julæ ordinaria locum habeat, verè enim probatum adulterium esse oportet, ut præfata pœna locum habeat, quod hic dici nequit, Menoch. *d. n. 12.* Fieri enim potuit, ut duo ita reperti habuerint quidem animum scelus perpetrandi, sed personarum interventu impediti à pætratione adulterii desistere coacti fuerint. Fieri etiam potuit, ut vir profundâ ebrietate quasi sepultus, vel quia sit impotens, vel quia mulier nimis arcta, (de quo vitio Innoc. 3. *Pontifex in c. fraternitatis. sub fin. de frigid. & malefic.*) cum ea misceri non potuerit. Fieri insuper potuit, ut inter dormiendum nudus nudam, insciam insciam accefferit, eique in lecto jacenti sese junxerit, vel vice versâ, quod aliquando contigisse memini, & aliàs aliquot hujusmodi noctambulonum exempla refert Theod. Zuïng. *in Theatro vise humane, lib. 5. pag. 416. edit. post. ut meritò illorum sententia sit amplectenda, qui asserunt, verè probatum adulterium hoc casu non esse, & propterea ordinariam l. Julæ pœnam hic locum non habere, ut post Hippol. de Marfil. consil. 1. n. 47. & seqq. tradit Mascard. de probat. concl. 59. n. 6. & 7. & alii, quos refert & sequitur Menoch. d. præsumpt. 41. n. 12.*

CXLIX. Cur ergo, inquires, certa præsumptio dicitur in d. c. ex l. l. 12. X. de præsumpt. & Resp. id verum esse respectu divortii, de quo ibi agitur, ea propter decernendi. Cujus pœnæ longè alia est ratio, quam pœnæ l. Julæ or-

dinarie, quæ, ut infra latius dicam, est pœna mortis. Ibi enim restitutioni in integrum locus esse potest, si de rei innocentia etiam post executionem sententiæ divortiumque subsequutum contiterit; hic verò minimè: vita enim semel amissa nullâ amplius medicinâ reparari potest. *Nobis*, inquit alicubi Poëta, *cum semel occidis brevis lux, nox est perpetua una dormienda.*

CXLX. Huic præsumptioni similis est illa, si quis cum uxore aliena sola secreto & abdito loco delituerit, siue per nemora & vias occultas spaciatus fuerit, &c: dum tamen oscula & amplexus aut similia actui venereo propinqua quoque intervenerint. *Farinac. sis. de delictis carnis. q. 136. n. 24. & eadem quæst. n. 153. 154. & seg. Menoch. d. præsumpt. 41. n. 11. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 59. n. 10. versic. Conciliare poteris. Mynsing. consil. 1. n. 21. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 16. & 17.*

CL. Est quoque hujusmodi præsumptio & conjectura adulterii, si uxor aliena sola cum alio quam suo viro, cōmuni lavacro utatur, arg. l. jubemus. §. inter culpas. 2. C. de repud. gloss. in c. non oportet. dist. 81. *Mynsing. d. respons. 1. n. 22.* cum enim adulterii indicium sit, cum aliena uxore sola & nuda cubare in lecto eodem, d. c. litteris. cur non etiam verisimiliter probaretur adulterium ex communi lavacro maris cujusdam & uxoris alienæ? cum nudam inspicere foeminam alienam in balneo se lavantem, desiderium concubitus excitet ac, ut exemplum Davidis & uxoris Uriæ testatur, 2. *Regum cap. 11. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 51.*

CL I. Verisimile itidem est adulterii indicium, si uxor alicujus in domo lenonis vel lenæ cum maribus alienis conversetur. *Crot. conf. 413. in fine. & n. 31. Farinac. d. q. 136. n. 186.* Ipsa quidem conversatio cum aliis malæ famæ hominibus, non est per se criminis indicium verisimile, sed si concurrat cum ea adminiculum aliud, ut in nostro casu, oritur inde ejusmodi indicium, ut videre est apud DD. quos refert & sequitur *Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 89. n. 125. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 68.*

CL II. Est & hæc verisimilis adulterii præsumptio, si uxor à marito suo discedat & alii viro cohabitetur. c. plerumque. X. de donat. inter vir. & uxor. add. c. nec aliqua. 27. quæst. 1. & l. consensu. 8. C. de repud. & ita sentiunt *Menoch. conf. 31. n. 22. lib. 1. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 312. n. 26.* ubi hanc præsumptionem violentam vocat juris præsumptionem. *Farinac. d. quæst. 136. n. 187. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 69.*

CL III. Quid si tamen uxor non quidem in totum à marito discedat, sed eo infcio vel invito sine iusta causa alibi quam apud eum pernoctarit? Et verisimilem hæc etiam adulterii cōmissi præsumptionem esse existimo, cū *Menoch. consil. 31. n. 21. & 25. lib. 1. & de præsumpt. lib. 1. n. 23. & segq. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 60. n. 1. Farinac. d. q. 136. n. 176. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 65.* qui omnes merito moventur textu in l. consensu. 8. C. de repud. Quod tamen verum existimo, si apud viliores pernoctaverit, non si apud conjunctos nobiliores, tunc enim cessat hæc præsumptio, gloss. in d. l. consensu. 8. §. vir quoque, in verbo, foris. C. de repud. *Farinac. d. q. 136. n. 178. & 183. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 66.*

CL IV. Superioribus similis est & illa præsumptio, si uxor res suas collegerit & in alium locum transfulerit, ibique masculus alterius adventum ejus prætolatus sit. Gravis enim suspicio contra eam insurgit, quæ rebus etiam propriis collectis fugam adornat, arg. l. ab hostibus. 15. §. fin. ff. ex quibus caus. major. l. 1. & l. 2. ff. de migrando. *Cochm. respons. 16. n. 65. & 91. vol. 3. Dn. Bocer. d. cap. 4. n. 73.*

CLV. Item, si uxor alicujus adulterio se polluerit aliquando, & reconciliata marito, denuo cum alieno quodam mare in loco sejuncto & veneri exercendæ apto familiariter collocuta & vel sola osculo sibi dari passa sit, verisimile adulterii novi indicium nascitur contra ipsam, *Menoch. d. consil. 31. n. 24. vol. 1. Mascard. de probat. conclus. 64. n. 11. versic. & eo magis. & versic. seq. vol. 1.* Facilior enim contra ejusmodi mulierem est præsumptio, quam contra aliam; semel enim malus semper præsumitur esse talis in eodem genere mali, c. *semel de R. j. in 6.* & à præterito tempore trahitur juris præsumptio in tempus præsens & futurum, ut *post Everh. in topicis legal. in loco, à tempore ad tempus, tradit Dn. Bocer. d. c. 4. n. 70.*

CLVI. Sed quæstio est, an verisimile adulterii indicium ex eo petatur, si quis diu noctuque domum pulchræ mulieris frequentare soleat, & in ipsam domum ab ea clam admittatur? Affirm. *Imola ad l. fin. ff. de hered. instit. Farinac. d. quæst. 136. n. 118.* quorum sententiam propterea veritati consentaneam existimat *Dn. Bocer. d. c. 4. n. 43.* quia tria hic concurrant, pulchritudo uxoris alienæ; frequens, diurnus & nocturnus ad eam accessus; & clandestina maris cujusdam per ipsammet in domum intromissio, quæ per se singula & non conjunctim considerata, minimè præstare ejusmodi indicium meritò affirmat *d. Dn. Bocer. d. lo. n. 44. ubi latius hoc deducit num. subseqq.*

CLVII. Huic indicio proximum est & illud, si quis in domo pulchræ uxoris alienæ occultatus inveniatur, dummodò tamen ab ipsamet uxore & alia quadam persona, jussu tamè mulieris, illa occultatio facta fuerit, potuit enim mas ille domum mulieris ingredi ipsâ ignorante. *Mascard. de probat. d. conclus. 61. n. 6. & 8. vol. 1. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 49.* An verò mas ille, sciente vel ignorante muliere, occultatus sit in domo pulchræ uxoris alienæ, ex qualitate & conditione utriusq; maris & foeminæ cognosci potest. *Decius in c. Tertio loco. n. 59. de probat. Mascard. d. conclus. 61. n. 1. in fine. & n. 8. Dn. Bocer. d. n. 49.*

CLIX. Quid verò de osculo impudico sentiendum sit, non una est omnium opinio & sententia. quam disputationem multis pertractatam videre licet apud *Menoch. d. præsumpt. 41. n. 26. & multis seqq. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 23. & seqq.* qui relatis & refutatis aliorum sententiis, tandem *n. 36. concludit,* osculum verisimile & probabile adulterii indicium dici non posse; cum illud sit verisimile criminis indicium, quod plerumq; crimen, de quo agitur, arguit, atq; adeò urget & gravat reum, ut ad criminis indaginem & veritatem ejus inquirendam, nihil aliud, quam propria rei confessio tormentis expressa desideretur. *l. 1. §. 1. §. Divus. 17. l. unius. 18. §. 2. ff. de quæst. l. 3. l. militis. 8. §. 1. l. quoties. 12. & l. seq. C. d. tit. de quæst. Sed luxuriosum, impudicum & lascivum osculum maris & uxoris alienæ non est hujusmodi indicium, quòd ipse coitus plerumq; sequatur, sed sæpè numero à coitu vacuum sit; id quod ipsa etiam experientia testatur, maximè in plebejorum & rusticorum tripudiis & choreis. Hætenus *Dn. Bocer. d. c. 4. n. 36. cui suffragatur Decius in Rubric. C. de edendo. n. 2. in fine. Nicol. Bellon. in Rubr. C. d. tit. n. 8.* Unde etiam propter impudicum ejusmodi osculum mulierem dote non privari scribit *Menoch. de arbit. jud. quæst. lib. 2. cas. 287. & d. præsumpt. 41. n. 36.**

CLIX. Sunt tamen nonnulli populi, quibus osculum solum, modò mulier de osculationi consenserit, commissi adulterii præsumptionem verisimilem facit; id quod ex eo manifestum est, quòd hoc ipso mulier dotem

tem perdit, *ut de Confis. Neapoli vigente testatur Bajard. in add. ad Clav. §. adulterium. n. 110.* dicens, mulieres ibi de osculationi consentientes non solum docti privari, sed etiam paternam maternamque successione irrevocabiliter spoliari, & nullum pro ea intercedere posse, alias puniri.

CL X. Quod si verò osculum impudicum solum non sit, sed cum lascivioribus amplexibus & similibus veneris præparatoriis, quæ suis nominibus appellare pudor juvenilis prohibet, uxori alienæ non invitæ, nec resistenti, & quidem in locis secretis ad venerem aptis sit datū, jam nullus dubitat, quin hic multiplex circumstantiarum concursus ad verisimile adulterii indicium accedat, ut suprà quoq; diximus. *vide plura apud Dn. Boc. d. c. 4. n. 40.*

CL XI. Quid verò tribuendum literis amatoriis uxori alienæ à viro alieno missis & ab ipsa receptis? Existimo has literas per se adulterium verisimiliter haud arguere, uti aliàs voluit *Paris. consil. 54. n. 64. & seq. vol. 4. & alii, quos refert & sequitur Farin. d. 9. 136. n. 126.* nisi ex personæ tum scribentis, tum recipientis literas qualitate, vel ex tenore literarum iudex conjicere posset, adulterium fuisse commissum, ut meritò Menoch. hanc conjecturam prudentis iudicis arbitrio committat, *d. præsumpt. 41. n. ult.*

CL XII. Verisimilem itidem adulterii facit præsumptionem, si uxor ab aliquo scriptas sibi literas per tabellarium marito redditum iri intelligat, & ipsum tabellarium diligenter & per Deum cum præmiorum promissione, & lachrymarum effusione rogaverit, ne id faceret, sed eas supprimeret ac concremaret, *arg. c. consilii. 24. ibi: qui male agit, & c. X. de officio delegati. Coshman. d. respons. 16. n. 64. vol. 3. Dn. Boc. d. c. 4. n. 71.*

CL XIII. Præterea, si uxor, cum ei maritus exaratas ad eam à quodam mare literas prælegeret, valde contremuerit, trepidaverit, vultusque sui colorem mutaverit, verisimile inde exsurgit indicium, tremorem enim, trepidationem & coloris mutationem de trepidantis noxam fidem facere, juris est notissimi, *l. de minore. 10. §. plurimæ. 5. ff. de quæstion. Coshm. d. resp. 16. n. 65. Dn. Boc. d. c. 4. n. 72.*

CL XIV. Resultat & inde thori violati verisimilitudo, si uxor servum domesticum lautius quàm alios tractet, ova sigillatim ipsi præparando, gallinas & carnes assatas ipsi exhibendo, vinum aliūve potum meliorem præbendo, hæc & similia lautioris tractationis genera si uxor in servum frequenter contulerit, quis non videt, verisimiliter adulterium cum eo commissum argui? *Coshman. d. respons. 16. n. 70. allegans gloss. in l. quod ais lex. 23. in verbo, in ipsiis rebus. ff. hoc sit. ad l. 1. ut. de adult.*

CL XV. Nisi fortè servus ægrotaret, aut alia lautioris tractationis causa probabilis subesset, tunc enim præsumptionem cessare arbitror.

CL XVI. Adulterii quoq; facit indicium verisimile, si uxor alicui mariti annulum pronubum sive sponsaliticium utendum dederit. Hoc indicium *Coshm. in d. resp. 16. n. 73.* ita exaggerat, ut asserat, nullam fortiorē, nullam firmiorem aut urgentiorem illiciti amoris præsumptionem dari, propterea quod annulus sponsaliticus inter conjuges æctissimi fœderis & vinculi, flagrantissimi quæ amoris tessera habeatur, ut meritò foemina, quæ pignus illud negligentiùs habent, vel, quod longè indignius est, illud alteri utendum tradunt, fidem & pudicitiam suam conjugalem maximè suspectam faciant, *Coshm. d. n. 73. & post eum Dn. Boc. d. c. 4. n. 76.*

CL XVII. Hisce addamus licet & illam præsumptionem, si uxor adolescen-

lescentem aliquem sibi familiarem lasciviorē compellatione, insolito more suum filium & fraterculum nominare, simulq; in amplexum ejus irruere soleat; hujusmodi enim lasciviores compellationes & amplexus admodum sunt suspecti, *Abbas in c. præterea. n. 7. X. de testibus. Coshman. d. respons. 16. n. 71. Dn. Bocer. d. cap. 4. n. 75.*

CLXIX. Recensentur & alia à Dd. *Farin. d. tit. de delict. carn. quæst. 136. n. 169. & cons. 38. n. 7. lib. 1. consil. Mascard. de probat. conclus. 62. n. 1. 2. & concl. 412. n. fin. vol. 1. Dn. Bocer. d. cap. 4. n. 50. & 54.* verisimilium adulterii patrati indiciorum exempla, quia tamen verecundiæ aliquo modo limites transgrediuntur, tacenda potiùs quàm castioribus auribus obtrudenda esse duxi. Licuerit Doctoribus natu grandibus ea recensere, meæ sanè ætati non licet. Duo vel plures, cum faciunt idem, non est idem, ut communiter & verè dici consuevit.

CLXX. Et hæc omnia inter verisimiles adulterii perpetrati præsumptiones, quibus scilicet plerumque adulterium arguitur, recensere placuit; quamvis libenter concesserim, non omnium in arguendo eandem esse vim, sed alias aliis esse fortiores, quod quidem iudicis arbitrio disquirendum relinquo, qui pro sua prudentia æstimabit, quantum cuique præsumptioni tribui oporteat.

CLXXI. Restant hæc præsumptiones, quæ ne quidem verisimiliter seu plerumque per se singulæ adulterium arguant, sed suspicionem tantum hujus criminis pariunt leviorē, quamvis si plures concurrant, verisimile adulterii indicium præstare queant. In adulterii enim probatione seu etiam suspicionibus de adulterio sibi locum vindicat axioma illud: Et quæ non profunt singula, multa juvant. *Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 62. n. 6. Coshman. d. respons. 16. n. 102. vol. 3. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 62.*

CLXXII. Quando verò plures concurrentes suspensiones pro verisimili indicio habendæ sint, cum propter varietatē in jure definitum non sit, iudici dijudicandum relinquimus, cujus arbitrio aliàs etiam probationes committuntur, ut, quanta fides eis sit adhibenda, pro sua prudentia arbitretur, l. 3. ideoque *Dirus ff. de testib. Menoch. de arbit. jud. quæst. cas. 9. per totum.*

CLXXIII. Operantur tamen per se singulæ inter cætera, de quibus *Menoch. d. tractat. de præsumpt. lib. 1. quæst. 87.* etiam hoc, ut, si quali quali præsumptione (ita hæc præsumptionem levem post *Dd.* appellat *Menoch. d. 9. 87. in princ.*) criminis admissi aliquis fuerit gravatus, in crimen illud à Magistratu inquiri possit, *Menoch. d. quæst. n. 6. & quæst. seq.*

CLXXIV. Inter has præsumptiones referendam existimo colloca-tionem viri & uxoris alienæ, loco & horis rei venereæ commodis, cum *Farin. tit. de delict. carn. q. 136. n. 113. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 59.*

CLXXV. Huc pertinere etiam arbitror confabulationem viri & uxoris alienæ assiduam, *Farin. d. q. 136. n. 115. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 60.*

CLXXVI. Præterea his addendas puto transmissiones munerum & jocalium, *Farin. post alios, quos recenset & sequitur d. q. 136. n. 125. ut, si uxor aliena juveni cuidam cervicalia, strophila, argenteos stylos & id genus alia mittat. Coshman. d. respons. 16. n. 88. & seq. vol. 3. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 61.*

CLXXVII. Sed & vestes alienas viriles in conclavi, ubi dormivit mulier sola, repertas non verisimile indicium præstare, sed in hanc levium præsumptionum classem aggregandas esse censeo. Malè ergo maritus quidam calceum alienum virile in cubiculo, ubi mulier erat, repertum ad vicinos

detulit, eumque ceu indubitatum adulterii cum muliere commissi argumentum illis monstravit; si enim verisimile commissi adulterii indicium non facit, etiam si solus cum sola reperitur, nisi ambo in eodem lecto nudi jacentes fuerint deprehensi, *c. ex literis. 12. X. de præsump. Mascard. de probat. conclus. 59. n. 8. ut diximus supra thes. 146.* quid faciet miser calceus, qui multis modis sine mulieris culpa in cubiculum potuit pervenisse? potuit enim per fenestram in illud mulieri criminis impingendi ergo esse projectus; potuit ipse maritus, ut crimen adulterii in uxorem, cujus erat satur, confingeret, eum in illud conclave studio posuisse: Quanquam non diffitear, si mulier aliqua sinistra famâ antea laboraverit, possit hæc & similia indicia marito justam accusandæ mulieris causam præbere. Sed manum de tabula.

CLXXVII. Possent infinita alia præsumptionum levium exempla afferri, verum iis, quæ passim obvia sunt, recensendis prolixum esse visum non fuit utile.

CLXXII X. Nunc, postquam expositum est de duplici adulterii probatione, verâ seu directâ, seu præsumptivâ seu indirectâ, tempestivum est subjicere de medio, quo utraque fiat.

CLXXIX. Medium autem, cujus interventu utraque probatio fit, vel est usitatum & frequentius, vel minùs usitatum & rarius.

CLXXX. Medium usitatum & frequentius sunt testes, quibus adulterium dicitur verè & directè probari, quando deponunt, quòd marem & sceminam complexu venereo junctos conspexerint, *l. quod ait lex. 23. in princ. ibi: in ipsa turpitudine. item ibi: in ipsis rebus venereis. ff. hoc iur. c. præsere. 27. ibi: de visu. X. de testib. Dn. Harprecht. ad §. item l. Julia. 4. Inst. de publ. iud. n. 8.* Quamvis non desint, qui scribant, adulterium nunquam verè & directè probari posse, ut est Hippol. de Marsil. conf. 1. n. 47. & conf. 28. n. 5. per d. c. præsere. ubi omnes ita sentire scribit. Mascard. de probat. conclus. 57. n. 3. & conclus. 452. n. 3. & 10. vol. 1. Dn. Bocér. d. c. 4. n. 2. & n. 105. ubi illorum rationem videre licet. Ego, cum meum non sit diutius hisce immorari, ad alia pergo.

CLXXXI. Præsumptivè per testes fit probatio, dum illi de præsumptionibus, de quibus hæctenus diximus, deponunt.

CLXXXII. Sunt autem aliquot in hoc tractatu de testibus notanda singularia.

CLXXXIII. Nam primò, quamvis regulariter testes domestici, in causis decidendis, pro inidoneis habeantur, *l. 3. C. de testibus. l. pen. ff. eod. §. testibus. 9. Inst. de testam. ordin. c. si testis. §. testes. 4. q. 3. c. in literis. 24. X. de testibus & attestat. etiam criminalibus, per text. in l. 1. §. ad questionem. ubi post alios Marsil. ff. de question. & c. super prudentia. versic. in criminibus. 14. q. 2. in causa tamen adulterii recipiuntur. l. consensu. 8. §. servis etiam. C. de repud.*

CLXXXIV. Ratio est, quia hic agitur de crimine, quod occultò & inter privatos parietes committi solet, de cujus veritate multò faciliùs per domesticos, tanquam melius informatos, quàm per alios constare potest. *d. §. servis etiam.* Optimè autem informatorum in veritate eruendâ maxima habetur ratio, arg. l. quotiens. 3. C. de naufrag. lib. 11. & ita sentiunt Mascard. de probat. conclus. 59. n. 20. vol. 1. Farin. de delictis carn. q. 136. n. 45. & de testibus lib. 2. tit. 6. quæst. 55. n. 43. Mynf. resp. 1. n. 26. Dn. Bocér. d. c. 4. n. 101. & seq.

CLXXXV. Secundò, licet regulariter testes per auditum nihil probent in re, quæ alio corporis sensu percipi potest, Hippol. de Marsil. conf. 5. n. 17.

in adulterio tamen probando non reprobantur, dummodò alia quoque
ad sint, quæ fidem augeant, *Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 59. n. 3.*

CLXXXVI. Hinc si testes deponunt, quòd virum & mulierem uxorem alienam in camera se carnaliter commiscuentes per tenuem parietem vel curtinam audierint, si cum hac testium depositione alia adminicula quoque concurrant, verisimiliter adulterium probatum esse dicetur. *Mynsing & alii per text. in d. c. prætere. X. de testibus. Farin. iur. etat. de testibus, lib. 3. tit. 7. q. 69. c. 7. n. 197. & d. q. 136. n. 40. & seq. n. 64. Mascard. d. vol. 1. q. 162. ferè per 101. & conclus. 65. n. 2.*

CLXXXVII. Tertiò, etiam si testes dicti sui rationem reddere teneantur, l. 4. ubi gloss. Bart. & Bald. item Sichard. & alii. C. de testibus. præsertim in criminalibus, ut tradit *Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1369. n. 47.* tamen hîc admittuntur, etiam si testimonii sui causam non reddiderint. *Dn. Bocer. d. cap. 4. n. 112.* Quanquam hoc verum sit, quotiescunque testis deponit de his, quæ sensu corporis percipiuntur, tunc enim testimonium ipsius etiam sine causæ redditione recipitur, ut vult gloss. in d. l. sola. & ibi Cyn. n. 1. *Baro. n. 13. & alii. C. de testibus. Mascard. de probat. volum. 3. conclus. 1369. n. 3. & seq. & alii, quos refert & sequitur Dn. Bocer. d. c. 4. n. 112.*

CLXXXVIII. Quartò, etsi testis unicuique nihil probeat regulariter, l. i. jur. iurandi. 9. C. de testibus. l. maritus. 20. ff. de question. sufficit tamen ipsius depositio, non quidem ad distrahendum, sed saltè ad impediendum matrimonium: veluti si quis contrahere volebat matrimonium cum aliqua, & obiciatur, id fieri non posse, quia ille cognoverit consanguineam illius, cuius matrimonium expetebat; ad impediendum enim hoc matrimonium sufficit levis hæc unius testis probatio. Ita tenet *Mascard. de probat. conclus. 62. n. 7. cum gloss. in c. prætere. de sponsal. & c. super eo. de consanguin.*

CLXXXIX. Quintò, quamvis testes plures singulares communiter non probeant, c. bonæ memoriæ. 23. §. excessus. c. etiam dilectus. 32. versic. etsi tres. X. de elect. & elect. potest. c. tam literis. 33. X. de testibus. horum tamen in crimine adulterii probando aliquando habetur ratio. Quod ut eò melius innotescat, sciendum est, à DD. non sine causa testium singularitatem triplicem constitui, obstativam, diversificativam, & adminiculativam seu cumulativam.

CXC. Est autem testium singularitas obstativa, cum unius testis dictum alterius testis dicto ita obstat, ut conciliari nullo modo possint, ut, cum unus testis deponit, Titium cum Sempronia Cal. Martii horâ septimâ in hortis Mevii adulterium patrâsse, alter verò testificetur, quòd eas personas eodem die & horâ in ædibus Caji adulterio se polluere viderit.

CXCI. Talis testificatio adulterii fuit duorum senum de præsenso fito quoque adulterio Susannæ, cum unus sub pruno, alter sub schino unicâ vice adulterâsse Susannam diceret, in historia Susannæ, quam 13. caput Prophetæ Danielis constituunt, vers. 54. & 58. quod exempli post *Farin. d. iur. etat. de testib. q. 64. n. 5. adducit Dn. Bocer. d. c. 4. n. 87.*

CXCII. Et hi testes nihil probant. *Schrad. de feud. part. 2. part. 9. princ. sect. 13. n. 114. Farin. d. q. 64. n. 54. Dn. Bocer. d. c. 4. n. 88.* Et de hoc casu sunt intelligendi textus juris suprà ib. 188. quibus asseritur, testes singulares non probare; dictum enim unius minuit & debilitat dictum alterius. *Francisc. Curs. Papiens. iur. etat. de testib. & post eum Dn. Bocer. d. c. 4. n. 95.*

CXCIII. Singularitas diversificativa est, cum testes de actibus ejus.

dem quidem generis, non tamen reverà contrariis, sed loco & tempore diversis deponunt: ut, si unus testis deponat de adulterio commissio in uno loco, certo tempore, alius verò testificetur de adulterio patrato alio diverso loco & tempore, ut post *Farin. d. g. 64. n. 7. tradit Dn. Bocer. n. 9. d. c. 4.*

CXCIV. Et hi testes quoque nihil probant. *Schrad. d. n. 114. vers. Idem quoque jur. Farin. d. g. 64. n. 55.* Nam & huiusmodi singularitas testium dividit testimonium, & singuli actus unum solummodo testem habent. *Bald. consil. 406. vol. 1. & consil. 35. vol. 3. col. 1.* Unus autem testis non probat, *l. maritus. 20. ff. de quest. l. jurisjur. C. de testib.* Sed ad minimum duo requiruntur ad quemlibet actum probandum, *l. ubi iubemus. 12. C. d. iii.* Tum etiam, quia testium singularitas diversificativa dubitationem & incertitudinem parit. *Salices. in l. testium. 18. g. 9. C. de testib.* Probatio autem incerta non meretur nomen probationis, *arg. l. matrem. 17. ubi Bald. C. de probat.*

CXCV. Singularitas adminiculativa seu cumulativa est, quando in testibus nulla est repugnantia vel contrarietas, sed unius testimonium coadiuvat dictum alterius, & quamvis illi testes quodammodo sint dissimiles, ad eundem tamen finem tendunt: ut, quando unus testis de ipso facto deponit, unus de visu proprio, alter de proprio auditu, unus de rei confessione una, alter de alia eiusdem confessione, vel unus de rei confessione, alter de criminis preparatoriis, ut post *Farin. d. g. 64. n. 6. explicat Dn. Bocer. d. c. 4. n. 95.*

CXCVI. Et hæc est illa testium singularitas, quæ hic attenditur, de cuius tamen vi & effectu non una est omnium opinio & sententia; alii enim plus ei tribuunt, alii minus. *Gozad. consil. 69. col. 3.* existimat, si unus testis deponat de facto, alter de confessione, plenam hanc esse probationem. E contra verò alii opinantur, hanc testium singularitatem semiplenam probationem efficere, ob quam ad poenam extraordinariam vel ad torturam procedi, vel iuramentum in supplementum deferri queat, *Cravett. consil. 73. n. 34. Farin. d. g. 64. n. 52. item n. 1113. & 131.* dum tamen testificetur de indicis non remotis, sed ipsi delicto proximis, quæ omnia prudentis iudicis arbitrio examinanda relinquimus.

CXCVII. Verum hic quaeritur, an testibus singularibus connumerandi sint illi, qui deponunt, quod non simul, sed per unam e. g. rimulam sive foramen unus post alterum successivè viderit maritum & uxorem alienam in conclavi quodam adulterium committere? Et pro testibus singularibus eos habendos non esse, ac proin plenè probare volunt *Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 59. n. 17. & concl. 65. n. 2. & Farin. iis. de delictis carn. q. 136. c. 2. n. 28. & d. g. 64. n. 91.* Quando enim ordo & vicissitudo facti non permittit aliquid simul fieri, sed successivè, tunc illud etiam simul fieri dicitur, *Mascard. d. conclus. 59. n. 18.* Et ita deponentes testes non videntur testificari de diversis actibus, sed uno tantum. *Dn. Bocer. d. c. 4. n. 100.*

CXCIX. Et hæc de testibus seu medio, cujus interventu adulterii utraque probatio fit, usitato & frequentiore.

CXCIX. Medium minus usitatum & rarius est, veluti iuramentum adulterii, fama & literæ unius vel alterius adulteri interceptæ, de quibus aliquid etiam subijciam.

CC. Per iuramentum adulteri probatur adulterium, si adulter mediante iuramento affirmet, se cum uxore alterius confuevisse, *arg. c. continetur. ibi. juri standum est. ubi Abbas, & c. de spons. impuberum.*

CCI. Mi-

CC I. Minus tamen fortis est hæc probatio, nam hac non obstante mulier ad contrariam probationem admittitur, arg. c. propofuisti. & ibi Canonista. de probat. gloss. in c. i. de frigid. & malefic. Mascard. de probat. conclus. 65. n. 14. vol. 1.

CC II. Sed & per famam probari adulterium, testis est post alios, quos refert, idem Mascard. d. vol. 1. conclus. 63.

CC III. Verum proficit hæc per famam probatio ad nihil aliud, quam ut iudex de sola fama ita informatus ad diligentioris criminis indaginem, ut & ad diffamati capturam procedere possit, Decius consil. 429. n. 9. & consil. 133. & alii relati à Marguard. Freher. lib. 1. de fama, cap. 12. n. 3. Mascard. de probat. conclus. 754. n. 19. & 20. vol. 2. non etiam ad torturam, nisi fama ortum haberet à personis honestis. Bald. in c. item si vasallus. col. ult. de contror. in resit. Bos. tandem tractat. crim. tit. de inquisit. n. 38. postquam prius dubitasset. Mascard. d. conclus. 714. n. 22.

CC IV. Vel etiam proficit ad id, ut matrimonium non quidem distrahatur, sed saltè impediatur: veluti, si quis alicujus mulieris nuptias ex peteret, & illi objiceretur, quod adulterio sese contaminaverit cum mulieris illius consanguinea; nam tunc, si de eo fama est, impeditur illud matrimonium, nõ secus ac suprà diximus, si per unius testis probationem adulterium probatum fuerit. Ita Bald. in c. prætere, de testibus. & gloss. ibid. per cap. prætere, de sponsal. Mascard. d. conclus. 63. n. 1.

CC V. Cæterum accusatori, famam esse Mæviū cum Semproniam adulterasse, afferenti non statim creditur, sed eam probare oportet. Quæ verò ad famam probandam necessaria sint, docebit te Clar. lib. 5. §. fin. q. 6. n. 11. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 749. per tot. vol. 2. Marg. Freher. de fama, c. 5. & 6. Myns. cent. 5. obs. 46.

CC VI. Recensentur quidem à Mascard. q. 4. n. 15. vol. 1. aliæ præter suprà relatas probationum species; veluti, confessio, instrumentum seu scriptura, (quò referri debet literæ amatoriae) præsumptio & evidentiæ facti; verum de confessione adulterii, præsumptionibus, & inter eas de literis amatorii suprà suis locis opportuniùs egimus, ut ita necesse nõ sit eadem bis repetere & inculcare.

CC VII. Quod evidentiæ facti attinet, (quæ est, cum quid coràm sensu corporeo percipitur, ut, si quis dicat, vulnus esse atrox, & mox locum vulneris ostendat, Calvinus in Lexico juridico, in vocula, evidentiæ facti.) eam in hoc crimine probando locum non habere, notius est, quam ut meâ demonstratione indigeat.

CC VIII. Hoc etiam adjiciendum, duo vel plura media, puta testes, famam, literas amatorias, &c. de quibus hætenus diximus, ab accusatore, adulterium probare desiderante, aliquando commisceri atque conjungi, quod & aliàs, dum probationes sunt infirmiores, fieri tralatitium est, ut quæ non prosunt singula, juncta juvent, c. in literis, de præsumpt. c. cum causam, de probat. l. rationes. 6. C. de probat. Mass. de Affl. Et. decis. 13. n. 24. Mascard. de probat. conclus. 63. n. 6.

CC IX. Et de hac imperfectarum probationum conjunctione loquitur quoque Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 492. ubi dicit, etiam in causis capitalibus duas semiplenas probationes aliquando posse conjungi, ad id, plenam & perfectam probationem ut constituent. Quando autem hoc permittum sit, judicis relinquitur arbitrio, d. cas. 492. n. 2.

CC X. Ita de famæ cum testibus conjunctione ad effectum probandi

adulterium loquitur *Mascard. de probat. concl. 53. n. 2. vol. 1. ubi ex sententia gloss. in c. praeerea. de testib. scribit: Si fama cum testibus de auditu coitus concurrat, probari adulterium, etiam quoad separationem matrimonii.*

CCXI. Hoc coronidis loco addere placuit, probationes omnes arbitrarías, i.e. in iudicis arbitrio positas esse, qui, quantum eis tribuendum sit, pro suo iudicio constituet. *Menoch. post multos alios quos citat, de arbit. iudic. quest. cas. 90. n. 1. cum aliquot sequentib. Quod tamen cum grano salis, ut dici solet, accipi debere docet idem Menoch. post Bald. & alios, d. cas. 90. n. 8. & 9.*

CCXII. Diximus ab initio hujus disputationis, in omni publico iudicio hæc tria semper esse attendenda, Legem, Crimen & Pœnam, de Lege & Crimine Adulterii hætenus, consequenter nunc de ejusdem Pœnis subiiciendum.

CCXIII. Ut enim aliàs propter vigorem Reipublice delicta, quò eorù minuatur frequentia, l. aut facta. 16. §. 1. ff. de pœn. impunita manere non debent, si ita vulneratus. §. 1. §. 2. ff. ad L. Aquil. ita multò minùs crimen adulterii.

CCXIV. Quamvis enim non desunt, qui hoc crimen aut nullum putent, aut valde extenuent, pœnasque ei tam divino, quàm humano jure præstitutas ludibrio habeant, *Mynsing. ad §. item lex Julia. 4. Inst. de publ. iudic. ac mariti metu derisionis & perpetuæ infamiae accusationem proponere non audeant, & ita lex Julia pluribus in locis dormire, immò prorsus seputa esse videatur, (quò de re graviter conqueritur. Clar. lib. 5. sentent. §. adulterium. n. 7.) naturâ tamen, i.e. gentium jure turpe esse constat, l. probum. 42. ff. de V. S. quod confirmat etiam *LaEtan. in epitome sacrar. Instic. c. 6. in fine: Corruptum, inquit, alienam matrem familiâs etiam communi gentium jure damnatur.**

CCXV. Sed & adulterium illo jure naturali, cujus bestiarum etiam aliquo modo sunt participes, turpe esse, ex eo apparet, quòd etiam bruta animalia adulteratum coitum ferre nequeant, sicuti exempla testantur ciconiarum, columbarum, turturum, aquilarum, leonum, aliorumque animalium, ut ex *Plinio, Æliano, Aristotele* referunt *Tiraquell. tract. de li. connubial. l. 13. gloss. 1. n. 1. & segg. Menoch. de arbitrar. iud. quest. cas. 1419. à n. 5. usque ad 9. & Mascard. de probat. concl. 57. n. 1. vol. 1.* Et memorabile est, quòd teste *Athenæo lib. 9. Dipn. c. 12. Polemon. lib. 5.* eorum, quos ad *Antigonû & Adæum* scribit, refert avem *Porphyriionem* domi educatam mulieres, quæ sunt sub viri imperio, diligenter observare, ejusmodiq; habere sensum adulterium committentis, ut, quâdo hoc cognoverit, domino significet, sibiq; vitam suffocatione finiat.

CCXVI. Criminis atrocitatem etiam intellexere *Lacedæmones*, qui, teste *Suidâ, referente eum Tholof. d. cap. 6. n. 3. in execratione* nihil acerbius imprecati sunt iis, quos oderant, quàm ut uxores eorum adulteris delesterentur.

CCXVII. Sed & *Philo Judæus in lib. de Decalogo*, crimen hoc tanquam atrox his verbis exaggerat: Adulterio, inquit, tres subvertuntur familiæ, is, cujus conjugium violatur, nuptialia vota perdidit, & spem prolis legitimæ: nec minus incommodi recipiunt reliquæ duæ domus adulteri & adulteræ, quandoquidem ambo replentur dedecore, contumeliâ probriisque turpissimis, & quoties parum integrè servatur uxoris pudicitia, verus pater cognosci non potest. *Hætenus Philo.*

CCXVIII. Immo gravissimum crimen non immeritò dicitur in c. quid in omnibus. 32. q. 7. *Mascard. d. concl. 57. n. 1. & crimen atrocius, l. auxilium. §. 1. ff. de minor.*

minor. *Rosenth. de feudis*, c. 28, n. 25. *Diodor. Siculus lib. 1. bibliotheca*. & majus homicidium in 1.88. §. *matre junctā gloss. marg.* & ibi *Bald. ff. de legat. 2. præsertim cum aliena uxore commissum*, quoniam unum hoc crimen eo casu tria haud parva scelera complectitur: injuriam, corruptelam, & liberorum confusionem, *Job. Bohem. de morb. oran. gen. lib. 1. cap. 5. pag. 44. Menoch. d. c. 419. n. 89.* quò referenda est etiam parabola Nathanis Prophetæ, 2. *Reg. c. 12.* per quam hujus criminis gravitatē expressit. *Tholos. syn. jur. lib. 36. c. 16. n. 2.*

CCXIX. Hinc maritorum cædes, ut *Uriæ extat exemplū lib. 2. Reg. c. 11. v. 11.* *Candaules Lydiæ apud Justin. lib. 1. Herodot. lib. 1. Fabii Fabriciani, de quo Plutarch. in parallel.* Romani *Argyri Constantinopolitani Imperatoris, cujus meminit Egnat. in Epis. sua. Meno. h. d. caf. 419. n. 90.* *Chilperici Regis Francorum, Michaël Ritis. lib. 1. de rebus Francor. Friderici Saxonis tempore Henrici IV. Imperat. Chronic. Mersburgic. lib. 2. cap. 12.* *Lotharii Regis Gallorum Ludovici I V. filii, ejusdemque filii Ludovici V. Volaterran. Theodor. Zuing. in theat. vii. hum. vol. 2. lib. 7. tit. Veneno extincti. pag. 509. edit. post. & aliorum.*

CCXX. Hinc cædes uxorum à maritis adulteris interfectarum, ut *Lyfidis, quam Periander Corinthius in pellicis gratiam interemit, Herodot. Zuing. d. theat. vii. hum. vol. 19. lib. 11. pag. 3527. d. edit. post.*

CCXXI. Hinc non desunt exempla eorum, qui dignitate depositi, regnoque dejecti sunt, ut contigit Imperatori Phocæ, quem occupatā ab Herachio Constantinopoli Photinus in regiam confugientem obstupratam uxorem Imperio deiecit. *Cedrenus.*

CCXXII. Hinc adulterorum multiplices cædes, ut *Rhodoaldi VII. Longobardorum Regis, Chronicon Philippi lib. 3. anno 659.* Centurionis illius, qui *Oriagontis Reguli uxorem violat, cujus historia meminit Liv. lib. 38.* *Phaonis, de quo Cælius Rhodigin. Ptolomæi Philopatri, Lonicerus in theat. hist. seu prompt. exemplor. in præcepto, Non mæchaberis. pag. 555. edit. 4.* Doctoris & Advocati Constantiensis, quem Procurator aulicus in balneo anus vicinæ cum uxore deprehensum strigili ferreâ ita depexum reddidit, ut oculis è fronte evulsis, totâque cute & genitalibus laceratis triduo post moreretur; nec minore dehinc sævitia erga uxorem usus est, quam quò minùs ad necem usq; dilaceraret, prohibebat fœtus, quem ferebat utero, *Chronic. Gasp. Hedion. 4. parte.* Plura exempla videre qui cupit, adeat *Lonicer. in explicacion. d. præcepti.*

CCXXIII. Hinc adulterarum occisiones, ubi non desunt exempla, quæ vel ab aliis sunt interemptæ, ut contigit *Annæ Bononiæ, quæ ob adulterium ab Henrico IX. Rege Anglorum securi est percussa, Jov. lib. 35. hist.* *Messaling Claudii Tiberii uxori portentosa libidinis mulieri, quæ tandem ab Imperatore interfecta, flagitiorum pœnas promeritas persolvit, Dion lib. 60.* *Limoni Hippomenis Atheniensium Principis filia, quam pater in adulterio deprehensam equo famelico devorandam dedit, Ovid. in Iphid.* Item Ducis cujusdam uxori, quam maritus, cum literæ, quas ad amasium exarasset, in manum ipsius pervenissent, cognito inde scelere, propriâ manu confodit, *Lonicer. in exempl. d. d. præcepti. pag. 547.* vel sibi ipsis manus intulerunt, ut fecisse constat *Lucretiam, August. lib. 1. de Civit. Dei, c. 19.*

CCXXIV. Nec desunt etiam exempla adulterorum & adulterarum simul interfectorum, ut *Pauli Malatestæ & Francisæ Johannis Malatestæ uxoris, quos in adulterio repertos maritus transfixit, Fulgos. lib. 6. c. 1.* *Johannis Laverni & uxoris Ludovici Normanniæ Seneschalli, nomine Car-*
lotte,

lotte, *Fulgof. d. c. i. uxoris Rodolphi Gonzagæ ejusque adulteri, Fulgof. d. loc. Aymonis Burgundionis, quem cum matre Conyza in scelere deprehensos filius, nomine Tiso de Campo S. Petri, neci tradidit. Fulgof. d. loc.*

CCXXV. Sed nec deest exemplum adulteræ & trium adulterorum, qui omnes uno die, non tamen eodem modo interierunt. In Voitan dia enim accidit, ut cum tres amatores unâ cum adultera securè convivarent maritus correpto venabulo in hypocaustum irrueret, eumque, qui proximus affidebat adulteræ, unâ cum illa occideret, reliquis duobus, dum de conclavi per fenestras desilientes saluti consulere student, cervicibus fractis extinctis.

CCXXVI. Sed & suppetunt exempla memorabilia eorum, qui, quòd huic crimini patrando opera & auxilium aliis solum præstiterunt, miserè perierunt, de quibus, qui velit, consulat Josephum *antiquitat. Judæicar. lib. 18. Bonifac. lib. 7. decad. 2. & Lonic. in exemplis præf. præcept. pag. 542. & seqq.*

CCXXVII. Taceo nunc univerforum etiam regnorum mutationem & interitum adulteriorum occasione promanasse, ut regni Trojani ob raptam & stupratam à Paride Helenam Menelai Spartani Regis uxorem, *Dresf. in Isagog. histor. part. 1. in millenar. 3. tit. de bello Trojan. pag. 228. & seqq.* Romani ob violatam à Sexto Tarquinio Lucretiâ Collatini Tarquini conjugem, *Dresf. in d. Isagog. millen. 4. tit. Reges Rom. pag. 41. & Siciliæ, dum enim sub Carolo Siciliæ Rege Galli effrenatâ quâdam libidine passim in Siculorum uxores ferrêtur, Siculi irritati in itâ conspiratione certo ad id constituto die ad campanæ pulsuum omnes Gallos, in quoscunque inciderent, crudelissimè uno vespere trucidârunt, & excusso eorum jugo Siciliæ Regnum hæreditario jure Constantiæ uxori Imperatoris Friderici deberi professi sunt, anno Christi 1282. Pandulf. Colonus. in Histor. Neapol. Lonic. pag. 538. & seqq.*

CCXXIX. Sed omissis exemplis eorum, qui occasione adulterii meritò vel immeritò interierunt, aliisque calamitatibus, quas adulterium invenit, tempestivum nunc est exponere, quid pœnarum omni jure huic crimini sit præstitutum: quod ut eò dilucidius fiat, pœnam adulterii in publicam & privatam dispescere visum est.

CCXXX. Privatam pœnam appello vindictam illam, quam jura quædam gentium & civilia Romanorum & Canonica privatis etiam personis in adulterum & adulteram simul, vel in alterutrum tantum exercere permiserunt.

CCXXX. Et quidem quod jura gentium attinet, scribit *Calius Rhodiginus lib. 20. lect. antiq. c. 25.* primum omnium in adulteros legem tulisse Argyvum virum Hyettum, postquam Molurum in adulterio cum propria uxore deprehensum occidisset: eum secuti postea Athenienses sanciverunt, licere unicuique in adulteram obviam factam, quicquid libitum erat, præter mortem, inferre; mortem autem ob id non licebat, quò diutius in ignominia viveret. *Demosthen. in orat. adversus Neavam.* Adulterum autem in concubitu uxoris deprehensum licebat marito impunè occidere; quam legem Plutarchus tribuit Soloni in *vita ipsius.* Pausanius verò Draconis legem fuisse scribit. *Menoch. d. loco.*

CCXXXI. Ita Tenes Tenediorum Rex legem tulit, ut, si quis adulterum deprehendisset, eum securi trucidare posset. Deprehenso verò filio ipsius, cum is, qui deprehenderat, Regem, quid faciendum, rogasset, respondit: Lege uteretur. Ob hanc causam in altera parte numismatum suorum secun-

securim inculpfit, in altera viri atque mulieris faciem ex uno collo dependentem. *Heraclis. in polis. referente Zuing. in theatr. volum. 18. lib. 5. pag. 340. 6. edit. postrem.*

C C X X X I I. Apud Germanos maritus uxorem adulteram resecit capillis coram propinquis vestibus exuebat, eamque ita nudatam ac domo exactam per totum vicum verberibus agebat, *Cornel. Tacit. de morib. German. & Joh. Bohem. lib. 3. de morib. omn. Gent. cap. 12.* Et idem hodie servari in quibusdam regionibus, testatur *gloss. in c. Benedicto. 32. q. 1. Menoch. d. cas. n. 18.*

C C X X X I I I. In antiqua Saxonia, ubi nulla Christi cognitio adhuc erat, si virgo in materna domo, vel maritata sub conjuge sit adulterata, manu propria strangulatam cremabant, aut cingulo tenus vestibus abscissis flagellabant eam castæ matronæ, & de villa in villam missæ occurrebant novæ flagellantes, & cultellis pungebant donec interimerent, *Bonifac. Archiepiscopus ad Etsebald. Anglor. Regem, referente Brosseus in not. varior. ad Cassiodor. 5. varior. 32. Gulielmo Malmesburien. lib. 2. c. 64. de Anglis. & Lonicer. in exemplis ad d. precept. pag. 541.*

C C X X X I V. Saraceni, quos Turcas nunc appellamus, in adulterio deprehensum unâ cum adultera absque misericordia & absque mora lapidabant. *Joh. Boh. lib. 2. de mor. Gent. c. 11.*

C C X X X V. Jura civilia Romanorum quod attinet, illa, ut aliâs sæpè, ita & hîc quoque variârunt. Romuli lege matrona adulterii rea mariti cognatorumque potestati relicta fuit, ii, ut visum, mulstabant ac puniebant etiam usque ad mortem. *Balduin. in comment. in leges Romuli. l. 15. Brosseus d. loco.* Mulier enim, quæ juxta sacratas Romuli leges nubebat, ita erat in manu viri, ut proles in patris. *Brosseus d. loco. Disj. Cujac. in comment. posthum. ad l. Gracchus. 4. C. hoc tit. ubi contrariæ sententiæ authores, admodum inciviliter impostores appellant.*

C C X X X V I. Lege 12. tabularum adulterum in crimine deprehensum cuius d eprehendenti occidere licuit. Verba enim legis ita generaliter sonant: Mœchum in adulterio deprehensum necato, ut post *Aymar. Rivalium & Oldendorpium* refert *Covarruv. tom. 1. de matrim. part. 2. c. 7. §. 6.*

C C X X X V I I. Ex eadem lege 12. tabul. aut jure paulo post secuto existimo esse, quod ex oratione Catonis refert *Gellius lib. 10. Noct. Attic. c. 23.* in adulterio deprehensas uxores jus fuisse maritis necare. Verba ita habet: In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impunè necares, illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque fas est. Mecum quoque, sentit *Gregor. Tholos. symiagm. jur. lib. 36. cap. 6. n. 7.*

C C X X X I I X. Deinde Posthumio Albino consule, cum de iis mulieribus inquireretur, quæ incestis illis festis Bacchanalium interfuerant, damnatas, ait Livius, ac cognatis, & quorum in manu essent, traditas esse, ut ipsi in privato animadverterent in eas. *Balduin. in d. l. 15.*

C C X X X I X. Postea Lex Julia (de qua plura supra; videatur etiam *Rosin. antiquit. Rom. lib. 8. c. 24. ubi ex Brisson. legis Juliae capita hac de re loquentia refert*) hanc privatæ vindictæ exercendæ potestatem, quæ jure verustiore erat liberior, paululum imminuit. Nam patribus tantum & maritis eam concessit, iisque non passim nec temerè adulterum vel adulteram occidere permisit, sed personarum ac loci rationem habuit, ita tamen, ut adhuc liberius jus patri relinqueret quàm marito: patri enim datum est jus occidendi adulterum, cujuscunque conditionis & dignitatis existat, etiam

Magistratum, *l. marito. 24. §. ult. ff. hoc tit. etiam Clericum, Clar. sentent. lib. 5. §. homicidium. n. 48. Bajard. in addit. ad d. §. homicidium. n. 174. una cum filia adultera in potestate ipsius existente, etiam prægnante, Bart. in l. Imperator. ff. de stat. hom. Bajard. ad d. §. homicidium. n. 167. quando in ipsa turpitudine & rebus veneris in sua vel generi domo seu habitatione eos deprehenderit, dum tamen utrumque, non adulterum vel filiam adulteram tantum, idque confestim & uno propemodum ictu & impetu, non unum hodie, cras alterum interficiat, nisi filia occupato interim in adultero necando patre, fugâ saluti consulens, ei occidendæ se facultatem vel omnino interverterit, vel certè tardaverit, *l. patri. 20. cum tribus seqq. ff. hoc tit. c. 1. 32. eod.**

CCXL. Nihil tamen interest, filiam adulteram prius occidat pater, an adulterum, dum utrumque occidat, *d. l. nihil interest. 32. in princ. ff. hoc tit.*

CCXLI. Ratio, cur patri hoc liceat, respectu quidæ filiæ, est patria potestas: id quod ex eo apparet, quòd lex expressè requirit, ut filia sit in potestate: eo ipso innuens, patri filiam emancipatam adulteram impunè interficere non licere, *d. l. patri. 20. ff. hoc tit.*

CCXLII. Quamvis verò etiam avi nepotes neptesq; in potestate sua habeant, *§. qui igitur. 3. l. de patr. pot. §. permissum. 3. l. de iust. cum simil.* quia tamen patri expressè hæc occidendæ filiæ potestas est concessa, *d. l. patri. 20.* in odiosis autem avus patris appellatione non continetur, *l. lege Julia. 44. in princ. c. 2. ff. de iur. Nupt. sit ut neptis nec à patre, eo adhuc in potestate existente, nec ab avo interfici queat, l. sic eveniet. 21. ff. hoc tit. A patre non, cum eam in potestate non habeat, utpote ipse adhuc in potestate existens: nec etiam ab avo, cum patri hæc solummodò facultas sit concessa: in odiosis autem, ut dixi, avus appellatione patris non contineatur. Mecum quoq; sentit Jodoc. in pract. crimin. c. 89. n. 23. fol. 247. Arcim. in gloss. Che mai adulterato la mia donna. quos refer. & sequitur Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. homicidium. n. 170.*

CCXLIII. Non est ignorandum interim, quòd Paul. lib. 2. sent. tit. 26. apud Ruffin. scribit, filiumfam. patrem, si filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis propè nō esse, ut possit occidere, permitti tamen etiam ei, ut occidat.

CCXLIV. Respectu verò adulteri, videtur esse iusta ira & excandescencia, quâ pater impellitur in vindicanda injuria toti familiæ & in ea sibi præcipuè facta.

CCXLV. Cur verò patri non permittatur ubicunq; sed domi suæ vel generi tantum deprehensum adulterum necare, ea redditur ratio, quòd majorem putaverit legislator injuriam, quòd in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere, & hic ipsam adulterio pollucere, *l. quod ait. 23. §. 2. ff. hoc tit. Dn. Bocer. d. irascias. c. 5. n. 15.*

CCXLVI. Marito verò tantum jus concessum nō est, nec enim uxorem adulteram, sed adulterum tantum, nec quemlibet, sed solummodò vilem vel infamem, neque alibi quàm domi suæ in adulterio deprehensum occidere concessum est, *l. 24. ff. h. c. ei que in iungitur, ut si, quem per leges licet, occiderit, uxorem sine mora dimittat, d. l. 24. §. 1. aliàs lenocinii crimen non evitabit. l. 29. ff. eod.*

CCXLVII. Inter viles personas numero libertum mariti, vel uxoris, vel patris, matris, filii, filiæ, utrius eorum, viri scilicet uxoris, *d. l. marito. 24. ff. hoc tit.*

CCCLIX. Huc

C C X L I X. Huc pertinet illa quæstio, an dominus feudi vasallum in adulterio deprehensum cum uxore sua, impunè interficere possit? Quam affirmandam censemus, cum *Maish. de Affl. et. derif. 2. 65. n. 230. Boër. decif. 317. n. 6. Schrad. de feud. part. 9. cap. 2. n. 93. idque arg. d. l. mariti. 24. in princ. ubi maritus libertum suum cum uxore adulterantem occidere potest: libertus autem vasallo æquiparatur, per Luc. de Penn. in l. 2. C. in quib. caus. colon. cens. lib. II. Maish. de Affl. et. Boër. ad locis. Unde Everh. in Topic. legal. loco, à liberto ad Vasallum, argumentum vocat probabile, frequens & utile, d. loc. in princ. Dissent. Rittershus. in paratit. jur. Feud. lib. 2. cap. 5. §. 8. ubi afferit, sibi videri eam comparationem claudicare.*

C C X L I X. Vice versâ vasallus non potest licitè occidere dominum adulterum, quia nec libertus patronum, l. si adulterium cum incestu. 38. §. liberto. 9. ibi: cuius fame, multò magis vitæ parcendum ff. hoc tit.

C C L. Inter viles & infames repono lenonem, quive artem ludicram antè fecerit quæstus gratiâ, qui in scenam saltandive gratiâ prodierit, qui iudicio publico damnatus, neque in integrum restitutus erit. Hi recensentur in d. l. 24. eosque cum aliis multis infames esse, patet ex l. i. cum multis segg. ff. de his, qui nos. infam.

C C L I. Ratio autem differentiæ inter patrem & maritum redditur in d. l. nec in ea. 22. §. ult. ff. hoc tit. quia plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: cæterum mariti calor & impetus faciliè decernentis fuit refrenandus, h. e. cum nullus sit affectus maior parentum, ut qui magis in persona liberorum quàm seipsum terrentur, l. si. 8. §. fin. ff. quod met. caus. 2. Legislatores putârunt, plus indulgendum esse patri, ut qui vix aut perarò filiz etiam adulteræ occidendæ tristissimum ministerium sit obiturus, sed potiùs, ut parcat filiz, servaturus adulterum, quem sine filia occidere iure non potest, sepiùs alleg. l. patri. Marito autem, qui veterem matrimonii consuetudinem, qui pudorem cubilis, qui spem liberorum expugnata videt, cum magno furoris æstu feratur ad vindictam de uxore adultera ejusque amatore sumendam, si lex permitteret uxorem occidere deprehensam, si omnem adulterum deprehensum, sanè nemini unquam parceret. Hic igitur calor, hic impetus prohibitione talirefrenandus fuit, ne nullo consilio eâ in re capto ad uxoris perniciem præceps ferretur & irrueret. Cuius, in comment. in lib. 1. Papin. de adulter. circa finem, in explicazione d. l. 22. §. fin. & in comment. lib. 36. Papin. quæstion. in explicat. l. si adulterium. 38. §. Imperator. ff. eod. Rittershus. differ. jur. Civil. & Canon. lib. 2. c. 11. vers. uxor est, & c. Vindicta verò vel ita ipsius, quâ instigatus adulterum, præsertim vilem, interficit, propterea tolerabilis est, ne videatur esse leno & particeps delicti, Nevizan. in sylva nupt. lib. 1. n. 88. & quia uxor præsumitur seducta ab adultero, l. unic. §. fin. de rapt. virgin. Nevizan. d. loco. n. 87.

C C L I I. Et hæc iure ff. & Cod. ita obrinent, postea constit. Novellarū iure marito fuit permissum, eum occidere, quem antea suspectum ter in scriptis sub præsentia trium testium admonuit, ut ab uxoris consortio abstineret, & postea cum uxore, vel suâ, vel uxoris, vel adulteri in domo, aut popinis, vel in suburbanis eum deprehenderit: nec distinguitur, vilis ne sit an alia persona, idque propter odium spernentis talem protestationem. Nov. 117. cap. 15. & auct. si quis. C. hoc tit. gloss. & Salices. in d. auct. Nevizan. d. lib. 1. n. 103. Hujus admonitionis seu denunciationis formam sive practicam pro marito, qui habet aliquem suspectum de uxore sua, tradit Nevizan. talem

in d. lib. 1. n. 162. In Dei nomine, amen. Anno, & die, &c. Ego Martinus de Corniglano in his scriptis denuncio & confessor tibi Tristano de Bravis, sicut habeo te suspectum de adulterio cum uxore mea. Et quia nihil habes cum ea agere me invito, abstine in posterum, ne cum ea convenias, ne cum ea loquaris, quod si fueris ausus tentare, denuncio, protektor, & confessor in his scriptis, quod contra te utar remedio & executione mihi à jure concessis. Et ut majorem fidem huic meæ denunciationi adhibeas, habes contestationem & denunciationem in his scriptis poni rogavi & per infra scriptos testes subsignari. *Ibi videre licet & subscriptionem testium & tempus, inter quod secunda & tertia fieri potest denuntiatio.*

CCLIII. Maritus igitur adulterum interficere jure potest, non uxorem adulteram, quam tamen si occiderit, poenam ordinariam legis Cornel. de sicar. non incurrit, sed mitiore aliquâ plectitur. d. l. si adulterium. 38. §. Imperator. l. si quis. 3. §. si tamen. 3. ff. ad SCtum Syllan. & l. i. §. fin. ff. ad l. Corn. de sicar. cum difficillimū sit, justum dolorem temperare, d. §. Imperator. & d. §. si tamen.

CCLIV. Ita Augustus Imperator lege suâ Juliā appellatā constituit. Postea verò Majoranus Imperator, qui defuncto Marciano Italiæ suscepit Imperium, sicut Leo Orientis, Cassiodorus in catalogo Imperatorum. sub iii. Theodofius XLIV. in fine, maritum parenti ex æquans occidendæ quoq; uxoris adulteræ facultatem concessit, modò simul cum adultero istu uno & æquali irâ adversus utrumque feratur; si verum est Papiniani fragmentum ex lib. respons. tit. 26. de adulter. in hæc verba: Maritus si adulterum cum uxore invenerit, ita ut unum sint, & sese commisceant, liberum arbitrium habebit, utrum quo uno istu scire, secundum Novellam Majorani, qui exinde ad jus vetus omnia revocavit. ex præf. Emundi Merillii Professoris Bituricensis in explicatione l. Gracchus. 4. C. hoc tit. Meminit hujus rei Cujac. in comment. posthum. ad d. l. i. & in libr. 36. quæstion. Papin. circa fin. in explicat. l. si adulterium. 38. §. Imperator. ff. eod. circa fin.

CCLV. Et hanc Majorani Novellam confirmat constitutio Regni Neapolitani, quâ licet marito uxorem occidere & adulterum deprehensos in adulterio, sine mora tamen. quæ constitutio incipit: Si maritus uxorem, &c. Nec distinguitur inter nobiles & viles personas. Afflic. in d. Const. Et ibi n. 4. habetur: Quod si maritus interficeret uxorem, & postea probaretur, quod adulterium non fuerat secutum, non debeat puniri ordinariâ poenâ l. Cornel. de sicar., sed aliquâ mitiori, ob justum dolorem. Bajard. in addis. ad sentent. Julii Clar. §. homicidium. n. 177.

CCLVI. Alterius tamen poenæ privatæ in regno Neapolitano frequentatæ meminit Privius comm. opin. lib. 2. verb. adulter. n. 4. & Bajard. in addis. ad Clar. d. §. adulterium. n. 46. dicit enim, viro permitti adulterem mulieri nasum præcidere. Quod & in Flandria frequentari scribit Neriz. in sylv. nupt. lib. 2. tit. Diviti non est nubendum. n. 86.

CCLVII. Lege etiam Gothicâ licuit marito adulterum cum adultera occidere. lib. 3. Wisigothorum. tit. 4. c. 4. Tholos. d. c. 6. n. 22. post Cassiodor. variar. lib. 1. epist. 37. ubi inter cætera, præ amore, inquit, pudicitia porrigere ferrum maritis, non est leges calcare, sed condere. Item Longobardicâ. l. 2. de adulter. lib. 1. l. Longobard. ut citat Tholos. d. n. 22.

CCLIX. Et hoc jure etiamnum Gallos hodiè uti, testis est Cujac. d. lib. 36. quæstion. Papin. Nec nobis deest satis recens, quo id confirmemus, exemplum noti cujusdam Parlamenti Consiliarii, quem, cum adhuc inter vivos degat,

degar, nominare meum non est, cum uxorem suam cum adultero in rebus
ipsis veneris deprehendisset, ac iustissimo dolore permotus utrumque ju-
gulasset, celeri pede ad Regem Henricum tunc temporis adhuc viventem
proficiscitur, tristissimi sui facti veniam supplex petiturus. Rex re, prout ge-
sta erat, comperta, de ea cum uxore Regina communicat, ac ab ea, quid Con-
siliarium hunc meruisse existimaret, scire desiderat. Regina, cum maritum
uxorem in adulterio cum adultero deprehensos interficientem suo jure
uti, & ob id nullam poenam mereri responderet; hanc ipsius sententiam
Rex secutus sine difficultate Consiliarium absolvit.

CCLIX. In Italia quoque usitatum esse, ut deprehensos adulterum
& uxorem simul maritus jugulare possit, testatur *Wesembec. in parat. ff. hoc
tit. n. 20.*

CCLX. Quod eò usque Dd. ampliant, ut, quando licet marito interfi-
cere uxorem in adulterio deprehensam, eam etiam prægnantem impunè in-
terficere possit, ut post Baldum in l. Imperator. ff. de stat. hom. & Felin. in c. si verò. 11.
X. de sent. excomm. tradit Bajard. ad d. §. homicidium. n. 178. sicut & supra, pa-
trem filiam adulteram etiam prægnantem occidere posse, diximus. Quod
ego tunc verum arbitror, si ignorans eam prægnantem interfecerit, arg. d.
cap. si verò. X. de sent. excomm.

CCLXI. Non displicet tamen limitatio Hippol. in l. pater vel mater. 6. ff. de
quæst. volentis, maritum uxorem adulteram in ipsa turpitudine deprehen-
sam occidere non posse, utut hanc facultatē statuto vel consuetudine ob-
tineret, si & ipse concubinam alendo, uxori malos mores colendi author
fuerit, licet in hoc puncto cogitandum existimet Covarruv. tom. 1. de matrim.
part. 2. cap. 7. §. 7. n. 11.

CCLXII. Sed & tunc, quando maritus de consuetudine fortè uxo-
rem adulteram jugulare licetè potest, volunt Dd., occidentem uxorem a-
mittere dotem & illa bona, quæ ob adulterium uxoris marito fortè ad judi-
cantur, ut Bald. Paulus, Immola & Alex. in l. si ab hostib. col. pen. ff. solut. matrim.
quibus ad stipulatur Covarr. de matrim. tom. 1. part. 2. cap. 7. §. 7. n. 10. & 11. pro-
pterea quòdis, qui jus sibi dixerit propriâ autoritate, etiam lege permit-
tente, legale commodum non consequatur, allegans ad id probandum
l. interdum. 56. §. qui furem. 1. ff. de furs. Verum enim verò, ut dicam quod sen-
tio, licet plausible videatur eorum opinio, in contrariam sententiam me
rapit l. Gracchus. 4. C. hoc tit. ubi expressis verbis Imperator Alexander asse-
verat, legitimè factum poenam nullam mereri, nec quicquam pro putativa
eorum regula probanda facit d. §. qui furem. 1. ut accuratè examinanti fiet
manifestum.

CCLXIII. Huc pertinet & illa quæstio, an possit pater vel maritus
hanc privatæ vindictæ executionem alteri demandare? Resp. Etsi commu-
nis opinio, quam in praxi quoque observari scribit Clar. lib. 5. sentent. §. homi-
cidium. n. 51. circa finem, velit, hanc executionem quibuscunq; posse deman-
dari, Clar. d. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 6. n. 16. circa finem, pro qua etiam consu-
luit Paris. consil. 154. vol. 2. & Socin. jun. consil. 32. vol. 2. juris tamen civilis verita-
te inspectâ iis tantum personis ea potest committi, quibus potest imperari,
d. l. Gracchus. 4. ubi Bald. C. h. & Cujac. in comment. posthum. ad d. l. 4. ubi ait, ean-
dem poenæ immunitatem præstandam esse filiis, qui deprehensos adul-
terum jussu patris occiderunt, quæ patri ipsi præstatur, fortè eo viribus lapso,
aut non habente manus, quod enim, inquit, licet patri, licet etiam filio, im-

perante patre. quibus adde *Francisc. Piv. commun. opinion. 33. incipit: Adulteri.* ubi latissime hac de re disserit. & *Basard. in addis. ad Jul. Clar. §. homicidium. n. 187.*

CCLXIV. An verò pater vel maritus hanc vindictam utroque in foro tam civili quam canonico licite, ut modò dictum est, exercens, excusetur etiam in foro poli vel conscientie, gravissima est questio? Et non excusari dicendum omninò videtur; qui enim adulterum & adulteram etiam lege permittente jugulat, injuriam sibi suæque familie illatam, vel etiam thoro suo privatim ulciscitur & vindicat: privatam autem vindictam in foro poli prohibitam esse, constat ex *epistol. Paul. ad Rom. c. 12. v. 17.* ubi malum pro malo vicissim reddere vetamur. Quò pertinet etiam illud Christi, *Matth. 5. vers. 39.* Ne obstitite malo, i. e. injuriæ vobis factæ, vel, ut alii exponunt, ne obstitite improbo. Est enim ultio ipsius Dei, teste *Paul. d. lo. vers. 19.* Non ipsi vosmet ulciscentes dilecti, sed date locum iræ; scriptum est enim, Mihi est ultio: quicumque igitur seipsum, quomodocumque demum fiat, privatim ulciscitur, is Deum jure suo spoliatur, & adversus primum præceptum peccat, sicque in foro poli excusari nequit. sed videatur hac de re *Pei kinsius in suo tractatu de casibus conscientie, lib. 3. cap. 3. pag. 46 & seqq.* Et huic nostræ sententiæ subscribere etiam videtur *Boër. decif. 298. n. 1.* ubi dicit, sanctius esse, vindicare injuriam judicis auctoritate.

CCLXV. Aliud omninò statuendum est de eo, qui vel uxoris, vel filiae pudicitiam, quam dum alius expugnandam venit, fortè interveniens, aliter quam per internecionem ipsius invaloris defendere nequit: quo casu, si occidat, non solum in foro civili & politico cum excusari auctore, per *L. 1. §. Divus Hadrianus. 3. ff. ad L. Cornel. de sicar.* sed etiam in foro conscientie. Ut enim de vita periclitans, sese adversus aggressorem, etiam cum internecione ipsius, dummodo aliter periculum effugere nequeat, omni jure, Divino, *Exod. 22. vers. 2.* unde & Christus ad justam defensionem, armorum gestationem permittit, (dum enim proditus esset Christus à Juda, Petrus gestabat gladium, *Joh. cap. 18. v. 10.* quem Christus Petrum, ut qui eo, abscondendo auriculam servi Pontificis, legitime usus non esset, recondere in vaginam jussit, non abjicere, *d. cap. 18. vers. 11.* Naturali, *L. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. pauper. Gentium, l. ut vim. 3. ff. de just. & jur. Civili, l. scientiam. 45. §. per. ff. ad L. Aquil. & Canonico, c. 2. 3. & 18. X. de homicid. defendere potest; ita & de pudicitia sua vel suorum, nam & tunc ipsum tangit, *L. miles. 11. §. focer. 3. ff. h. l. quamvis. 30. C. eod. periclitans, eam adversus quemvis vim ei inferentem, etiam cum occisione ipsius invaloris, dummodò aliter periculum evitari nequeat, omni jure tueri potest, nimis enim scrupulosum esset, mediante viâ justitiæ, velle exigere restitutionem illius, quod semel amissum nullâ amplius medicinâ reparari vel restitui potest, ut est Pudicitia. *L. 1. C. quando licet se sine jud. junctâ l. un. C. de rapt. virgin. & can. si Paulus. 32. q. 5.***

CCLXVI. Verum, ut ad jus civile revertar, est & alia patri & marito permissa adulterii vindicta privata, nempe quòd uterque adulterum in ipso facto cum filia aut uxore deprehensum contumeliâ afficere potest, *d. l. nec in ea. 22. §. sed qui occidere. 3. ff. h. l.* quod cum generaliter ibi dicatur, exaudite non immeritò Cujac. non solum de verbali, sed etiam reali contumeliâ si ve injuriâ, ut quæ infertur verberibus, resectis genitalibus adulteri, resectis item naribus, cruribus, aliisque similibus corporis membris. *Cujac. in explicat. d. l. nec in ea. 22. in comment. in lib. 1. Papin. de adulter. in fin.*

CCLXVII. Nec mirum est, cur hoc marito & patrilineat. cum & occide-

cidere possit, quod multò gravius est, cui autem licet quod est plus, eidem & licet quod est minus, §. 1. *Inst. qui ex quib. caus. man. lib. 1. non debet. 21. arg. l. 163. l. cum quis possit. 165. ff. de reg. jur.* quia plus semper continet in se, quod est minus, c. plus semper. 35. de reg. jur. in 6.

CCLXIX. Hinc privata vindictæ tractationi colophonis loco addendum, quòd quamvis privatum habere carcerem permittum non sit, 102. *tit. C. de privat. carcer. inhib.* pater tamen vel maritus adulterum, ubicunque deprehensum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, testandæ ejus rei causâ, i. e. ut interea convocet testes, qui testimonio sint futuri, deprehensum esse reum in adulterio, per 20. horas retinere, aut, si evaserit, reducere possit, l. 25. in princ. §. 1. *et seqq. ff. h. t.*

CCLXIX. Et hæc de pœnis privatis jure civili permittis; sed & jure canonico aliquid de privatis pœnis ob adulterium infligendis cautum est. Clericis enim Tolet. Concil. concessum est, uxores adulterii convictas domi vinctas tenere, & injuriis, non tamè mortiferis, macerare, c. *placuit. 33. q. 2.* Quod Beza non tantum ut iniquum, verum etiam ut cum manifesta jurisdictionis civilis violatione constitutum rejicit: Quid enim iniquius, iniquiens, quàm ejus arbitrio, qui injuriam accepit, nocentem permitti, d. *tractat. de divort. pag. 185. edit. de anno 1573.*

CCLXX. Hactenus de pœnis adulterii privatis: sequitur nunc de publicis.

CCLXXI. Publicam pœnam appello, quæ non est privatis permittis, sed quæ per Magistratum irrogatur, arg. l. non est singulis. 176. ff. de reg. jur.

CCLXXII. Ea verò est vel juris Divini, vel Humani. Pœnam adulterii juris divini eam appello, quæ huic crimini jure divino est præstituta.

CCLXXIII. Est autem vel futuri sæculi, vel hujus vitæ.

CCLXXIV. Futuri sæculi pœna est exclusio æterna è regno Dei, de qua *Apostol. Paul. 1. Cor. cap. 6. vers. 9. & 10.*

CCLXXV. Pœna divina hujus vitæ, est mors seu ultimum supplicium: ita enim loquitur Moses, *Levit. cap. 20. vers. 10.* Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. Item *Deus. cap. 22. vers. 22.* Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, i. e. adulter & adultera: & auferes malum de Israël.

CCLXXVI. Genus autem mortis seu supplicii ordinarium erat lapidatio, *Ezech. cap. 16. versio. 38. & 39. juncto cap. 23. versio. 45. & 47. Johan. cap. 8. versio. 5. & 6.* Quod supplicii genus etiam in aliis criminibus coercendis apud plurimos populos olim erat solemne, quâ de re videri potest *Dempt. in paralipom. ad Rosini antiquitat. Roman. lib. 8. c. 24.* Interim alio etiam supplicio affectos fuisse adulteros, constat ex historia Thamalis Selahiam desponsatæ, quam Judas focer gravidam audiens igni cremasset, nisi ex ipso se concepisse manifestis ostendisset indicii, *Genes. cap. 38. versio. 11. & 24.*

CCLXXVII. Quin etiam eodem jure, volente ita parte innocente, matrimonium ob adulterium etiam quoad vinculum dirimitur atq; dissolvitur, utcunque nocens pars contradicat: id quod ex eo plus quàm manifestum est, quòd ipse Dominus in casu adulterii disertè permittit innocenti personæ aliam uxorem ducere, *Matth. cap. 5. versio. 31. & cap. 19. versio. 9.* Beza tractat. de divort. pag. 156. de anno 1573. versio. adulterium. & seqq. ubi contraria argumenta refutat, consensit Schönborn. lib. 1. polit. cap. 6.

CCLXXIIX. Nec

CCLXXIX. Nec facultatem hanc solum marito adversus uxorem, sed & uxori adversus maritum, hoc jure divino concessam esse asserimus, cum *Beza d. tract. pag. 170. & seq.* ubi dissentientium duo argumenta diluit.

CCLXXIX. An verò hoc divino foro inspecto, nocentem personam innocens teneatur dimittere, quæstionis est? Aff. *Hieronym. in Matth. cap. 19. & Bucer. de Regno Christi, lib. 2. c. 82. & seq.* Negat verò *Beza d. tract. pag. 175. & seqq.* ubi illorum rationes refellit. Et hujus sententiam amplectimur.

CCLXXX. Vice versâ quæritur; An ergo in eodem foro pars innocens nocentem ac poenitentem rursus recipere cogatur? Negat idem *Beza d. tract. de divort. pag. 178.* eo argumento, quòd multæ aliæ iustæ causæ esse possint, cur adulteram, quantumvis resipiscentem, in thorum rursus non admittat. Diss. *Augustin. & alii*, quorum objectionibus occurrit *Beza d. tract. n. 177. & mult. seqq.*

CCLXXXI. Tantum de pœna juris Divini.

CCLXXXII. Pœnam juris Humani appello, quam variæ Gentes, atq; Populi huic crimini præstituerunt, quæ modò cum pœna juris divini consentit, modò ab ea discrepat.

CCLXXXIII. Eam doctrinæ gratiâ distinguere licet in eam, quæ Lege Juliâ est prior, vel posterior.

CCLXXXIV. Quæ Lege Juliâ est prior, ea est vel Gentium exoticarum, quas Barbaras appellare Justinianus solet, vel ipsius Populi Romani.

CCLXXXV. Et, ut à pœnis Barbararum Gentium exordiar, apud Ægyptios si quis adulterium commisisset, virgis ad mille plagas cæsus castrabatur, mulier naso mutilabatur. Existimabant enim, mulierem sese ad illicitam continentiam exornantem oportere eâ parte mutilari, quâ maxime facies exornatur, *Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 6. Johan. Bohem. de moribus omn. Gent. lib. 1. cap. 5. pag. 44. Dempst. d. cap. 24.*

CCLXXXVI. Parthi nulla delicta adulterio gravius vindicabāt, teste *Justin. lib. 41. histor.* Pœnam, quâ eâ in re utebantur, non indicat ipse Justinus.

CCLXXXVII. Apud Arabes adulteris semper capitis pœna fuit, *Alex. ab Alexand. lib. 4. genial. dier. cap. 1.*

CCLXXXVIII. Locrenses, ex Zaleuci lege, adultero oculos effodiunt. *Valer. Maxim. lib. 6. cap. 5. Stobæ. serm. 42.*

CCLXXXIX. Cunæi, si qua in adulterio mulier deprehensa fuisset, hanc in foro deductam, & saxo impositam, spectandam omnibus proponebant: inde super asino collocatam, & ita per totam civitatem circumductam, in eundem locum restitui oportebat; his actis habebatur infamis, & ignominie gratiâ *divisus* dicebatur, quòd asinum equitasset; lapis autem nefastus & detestabilis habebatur. *Plutarch. in problem. cap. 115. & meminit Alcias. lib. 2. pareg. cap. 47. & Erasmi. in adag.*

CCXC. Pisidæ idem penè suâ Lege sanciverunt, nam apud eos adulterii convictus per urbem unâ cum muliere circumducebatur super asino ad aliquot dies. *Stobæus d. serm. 42. ex Nicol. de morib. Gent. histor.*

CCXCI. Leprei deprehensos adulteros per triduum victos per civitatem ducebant, mox toto vitæ tempore contemptibiles habebant. *Cels. Rhodig. lib. 21. leflion. antiq. cap. fin.*

CCXCII. Plato lib. 8. de legib. adulteros Magistratu arcendos voluit: quod perinde est ac si eos infames reddidisset. *Dempst. d. cap. 24.*

CCXCIII. Aliæ

CCXCIII. Aliæ gentes aliter atque aliter adulterium mulstabant, ut videri potest apud *Alex. ab Alex. d. cap. 1. Zuing. in theat. vitæ human. vol. 18. lib. 1. sub tit. Sumpri, Adulterii, Scortationis pœna. Menoch. de arbitrar. judic. quæst. cas. 419.*

CCXCIV. Pœna ipsius Populi Romani ante Legem Juliam nulla certa huic sceleri erat imposita, sed alia atq; alia obtinebat. *Dn. Bocov. d. i. r. t. de adul. cap. 5. n. 66. Borch. ad d. f. item l. Julia. 4. Insi. de publ. jud. n. 1.*

CCXCV. Sic Fabium Gurgitem aliquot matronas adulterii convictas pecuniâ mulctasse scribit *Livius lib. 10. ab Urbe condita.*

CCXCVI. Sed & veteres Romanos adulteros castrasse liquet vel ex *Porphyr. Grammatico ad Horat. Satyr. 2. lib. 1. vers. 4.*

Quin etiam illud

*Accidis, ut cuidam testes caudamq; salacem
Demeteret ferrum, jure omnes: Galba negabas.*

Quod videtur innuere etiam *Pith. ille Terensianus in Ennucho:*

Nunc minatur porro, sese id quod machis solet.

Quod ego nunquam vidi fieri, neq; velim.

CCXCVII. Pledebantur insuper adulteri membrorum detruncatione, artuumq; mutilatione, & præsertim aurium nariumq; quam pœnam sustinuit *Deiphobus Helenæ adulter, de quo Virgilius sic loquitur:*

Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,

Ora, manusq; ambas, populataq; tempora, raptis

Auribus, & truncas in honesto vulnere naves.

Quod propterea fiebat, ut deformitas corporis, sceleris perpetrati atrocitatem denunciaret, utque pœnæ suæ supervenientes, quid & quàm turpiter alienam pudicitiam expugnassent, semper vel vultu ipso loquerentur, ut notat *Arrian. Turneb. lib. 2. 8. Advers. cap. 46.*

CCXCIX. Erat & ea pœna recepta, ut adulteras è saxo deturbarent Capitolino. *Dempst. d. cap. citans L. Senecam lib. 1. declam. 3. ubi tamen loquitur de incesta, non de adultera. Hoc interim constat ex Plutarch. in Romulo, Dionys. Halicarnas. lib. 8. Dion. 44. in quosvis fontes hanc de saxo deturbationis pœnam esse statutam, quod supplicii genus, ut tetrum, postea obsolevit. l. si duntino. 25. §. 1. ubi Gotofr. ff. de pœn.*

CCXCIX. Dotem etiam amittebant. Hinc legimus, *Cajum Marium dampnasse Ticinium, qui uxorem falso adulterii titulo repudiavit, ut dotem consequeretur. Val. Max. lib. 8. cap. 2.*

CCC. Et hæc de pœnis adulterii L. Juliæ prioribus.

CCCI. Posteriores L. Juliæ pœnas quod attinet, eas distinguo in pœnas juris Civilis, juris Canonici, & certorum locorum singulares statuto vel consuetudine receptas.

CCCII. Pœnæ juris Civilis sunt vel civiles, vel criminales.

CCCIII. Inter civiles pœnas est, 1. Divortium, d. c. ex litteris. X. de præsumpt. c. tue. 5. X. de procur. c. significasti. X. de divorciis. *Menoch. de arbitrar. judic. quæst. cas. 419. n. 62.* Nam si vir de adulterio mulieris, si vice versâ mulier de adulterio viri, vel verè, vel verisimiliter probaverit, divortium innocenti parti etiam alterâ invitâ conceditur, *Novell. 117. c. 8. & seq. Menoch. d. præsumpt. 41. n. 13. & seq.* adeo ut pars innocens alterâ parte adhuc vivente ad secundas nuptias convolare possit. *Wesemb. in parat. ff. de divor. n. 11. Rittershuf. differ. jur. Civ. & Can. lib. 2. cap. 8.*

CCCIV. Quā in re congruit jus civile cum jure divino, nisi quod hoc simpliciter divortium concedat, Justinianus verò nō aliter permittat uxori à viro divortium facere, quā si in domo vel urbe cum altera consueverit, quod etiam observavit Beza d. tract. pag. 182.

CCCV. Thorii separationem & matrimonii solutionem sequitur, secundæ poenæ loco, dotis itemque donationis propter nuptias amissio & repetitio, l. consensu. 8. §. virum etiam. 5. & l. jubemus. 11. C. de repud. & Nov. 117. c. 8. & Auth. novo iure. C. de repud. l. cum mulier. 47. ff. solus. matrimon. c. plerumque. X. de donat. inter vir. & uxor.

CCCVI. Ex quibus locis intelligitur, quod uxor adultera dotem & donationem propter nuptias amittat, eaque marito assignanda sit: quodque maritus adulter ad dotis restitutionem cogatur, & donatione propter nuptias privetur; & insuper si liberi non adsint, tantum accipit maritus ex alia quoque uxoris adulteræ substantia, quantum dotis pars esse cognoscitur, d. Novell. 117. cap. 8. vers. si de adulterio. de quibus omnibus liberè disposit: si verò liberi adsint, maritus adulteræ, liberis dotem aliamque mulieris substantiam conservare jubetur; & vicissim uxor mariti adulteri, liberis existentibus, eadem ratione donationis propter nuptias solo usu frui permittitur, proprietate filiis servandâ, reliqua verò mariti bona eisdem liberis conceduntur.

CCCVII. An verò mulier adultera dotem perdat in patris præjudicium, à quo illam accepit? Nequaquam. Bald. in l. si dotem. C. de jure dot. Et est cōmunis opinio Alex. in l. 1. §. quod si. col. 1. ff. solus. matrim. Cepb. consil. 256. n. 30. Bajard. in addit. ad Clar. §. adulterium. n. 120. Nec enim dos à patre profecta solius est filiae, sed filiae & patris. l. 2. §. 1. ff. sol. matrim. Non ergo filia committendo adulterium, id, quod patris est, ei auferre potest, l. id quod nostrum. 11. ff. de reg. jur. aut ipsius conditionem facere deteriorem, arg. l. servitutes. 29. §. pen. ff. de servit. præd. urban. & quod vergit in præjudicium tertii, non subsistit. l. 2. §. merito. 10. §. si quis à Principe. 16. ff. ne quid in loc. publ.

CCCVIII. De bonis adulteræ paraphernalibus (quæ nihil aliud sunt, quā bona, quæ ultra dotem attulit marito, ejusque administrationi concessit expressè, vel tacitè, Guido Papæ decis. 248. in gloss. lit. c.) quaeritur an his quoque privetur uxor, eaque marito cedant? Affirm. plurimi post gloss. in c. plerumque. 4. X. de donat. inter vir. & uxor. Felin. in c. pastoralis. col. 3. in medio. versic. mulier impudica. X. de judic. Boer. decis. 338. Covarruv. lib. 4. decret. pars. 2. cap. 7. gloss. 6. n. 2. Clar. lib. 5. sentent. §. adulterium. n. 35. col. antepen. vers. adde quod. & alii, quos recenset Dn. Bocer. d. c. 5. n. 35. moventur autem textu in d. cap. plerumque. & cap. ex parte. X. de consuet.

CCCIX. Negantem verò amplectuntur Romanus in l. Lucius Titius. 38. ff. solus. matrim. Everhard. in consil. 37. n. 26. & seqq. vol. 1. & alii, quos refert & sequitur Dn. Bocer. d. cap. n. 36. & seqq.

CCCX. Pro quibus facit text. in d. c. plerumque. & in Nov. 117. c. 8. §. necessarium. §. si quando verò in l. si de mulier. ff. solus. matrimon. & in l. consensu. 8. C. de repud. quibus in locis de amissione dotis & donationis propter nuptias agitur, at de amissione paraphernalium nihil disponitur, unde verisimile est, quod juris compositores idem de paraphernalibus disponere noluerint, arg. text. in l. si servum. 61. §. non dixit Prætor. ff. de adquir. heredit. Itraquet. in l. si unquam. 8. vers. liberis. n. 3. & seq. C. de revocand. donat. Dn. Bocer. d. cap. n. 37.

CCCXI. Sed nec ullo alio juris in loco idem de paraphernalibus dispositum

positum reperitur, quod de dote & donatione propter nuptias cautum legimus, lege autem cessante loqui erubescimus, *Nov. 18. cap. 5. adde l. pravaricationis. 3. §. fin. ff. de pravaricatione. l. dissensientis. C. de repud. l. illam. 19. C. de collas. Everh. in topic. legal. loco, à lege cessante. n. 1.* Hinc illud: Quod in lege non cavetur, in practica non habetur, *Bald. in c. nihil. 44. col. fin. X. de elect. Schrad. confil. 50. n. 20. & segg.*

CCCXII. Nec licet à dote & donatione propter nuptias ad paraphernalia inferre, cum alia dotis & donationis propter nuptias, alia item rerum paraphernalium sit ratio, adeoque hæc separata existant, ex separatistis autem de uno ad aliud non rectè infertur, *l. Papinianus. 20. vers. quid enim commune. ff. de minor. l. naturaliter. 12. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. Everh. in topic. legal. loco, à separatis. n. 1.*

CCCXIII. Aliam autem rationem esse dotis & donationis propter nuptias à paraphernalibus, ex eo apparet, quod maritus est quidem dotis dominus, *Infi. quib. alien. lic. vel non. in princ. l. in rebus. 30. C. de jure dos.* quod insuper in donatione propter nuptias jus quoddam retinet: ut enim soluto matrimonio dos ad uxorem redit, sic & donatio propter nuptias dempto matrimonio pleno jure redit ad maritum, *c. fin. X. de donat. inter vir. & ux.* Bona verò paraphernalia proprietatis jure, uxoris, non mariti, sunt, qui tantum ipsorum administrator est, idque non aliter, nisi mulier consenserit, *l. hac lege. 8. C. de pact. convent.* Cum ergo tantum in bonis paraphernalibus minimè habeat, quantum habet in dote & donatione propter nuptias, diversa ea esse, & propterea malam ab uno ad alterum illationem fieri, manifestum est.

CCCXIV. Sed posito, minimè tamen concessio, eandem horum esse juris rationem, poena tamen privationis jurium vel rerum nunquam habet locum, nisi expresso jure id caveatur, *c. is qui. 18. in princ. ibi: cum id non sit expressum in jure, de sentent. excommuni. in 6. Novell. 2. cap. 3. vers. nec qualibet est lex. Everhard. confil. 37. n. 27. vol. 1. Dn. Bocer. d. cap. 5. n. 40.* Jam verò supra dictum est, in jure non reperiri expressum, quod mulier propter adulterium, ultra dotem, perdat etiam bona paraphernalia.

CCCXV. Quibus accedit etiam illud, quod poenalis constitutio, qualis est, quæ uxor ad altera ob crimē adulterii dotem & donationem propter nuptias amittit, restringi, non extendi oporteat, *c. statutum, de elect. in 6. c. odia. & c. in panis. de reg. jur. in 6. Dn. Bocer. d. c. n. 48.*

CCCXVI. Quid porro ad textus à contrariæ opinionis autoribus alatos respondendum sit? in ipso conflictu videbimus. Consultat interim qui volet, *Dn. Bocer. d. c. n. 46. & segg.*

CCCXVII. Sed an maritus factâ thori separatione ac dote repetitâ teneatur uxorem alere? Ita voluit *Oscas. in decis. 124.* modò ad meliorem vitam redierit, amque delicti commissi poenituerit: ad quod mortuo patre filios etiam teneri, sub præfata tamen distinctione, tradit idem *Oscas. referente eum Bajard. ad d. §. adulterium. n. 113.*

CCCXVIII. Ad poenas civiles etiam pertinet feudi amissio, quæ contingit inter cetera etiam ob adulterium vel turpes lusus, qui adulterii solent esse præludia. Nam si Vassallus Dominum suum cucurbitaverit, (de cujus vocis origine videatur *Holoman. in Lexico suo Feudali*) i. e. cum uxore ejus concubuerit, aut etiam turpiter luserit, feudum amittit, *in princ. vers. Item si fidelis. in 5. quib. mod. feud. amittit. lib. 1. feud. & c. unic. §. si quis miles. ut. 21.*

de feud. fin. culp. non amittit. c. unio. §. 2. vers. rursus. tit. 24. quæ fuit prima causa beneficii amitti. lib. 2. feud.

CCCXIX. Rationem verò hujus rei hanc adducit Schrad. de feud. part. 9. cap. 2. n. 3. quod cum maritus & uxor unum corpus censeantur, c. Agathosa. 27. q. 2. c. de neptis. 31. q. 2. c. admonere. 33. q. 2. receptum sit, injuriæ illatæ uxori, marito illatam censeari, §. patitur. Insit. de injuriis. l. 1. §. fin. ff. eod. atque per adulterium uxoris, tam marito quàm familiæ ipsius gravem & atrocem injuriæ inferri, l. 2. §. fin. l. miles. 11. §. socer. 3. l. si maritus. 15. §. lex Julia. ff. hoc tit. usque adeò, ut stuprum illatum uxori, marito gravius censeatur quàm mors vel propria mariti, l. isti quidem. §. pen. ff. quod met. caus. vel filii ipsius. l. Lucius Titus. 88. §. matre. & ibi Bald. ff. de legat. 2. Tiraquell. in tract. de penis. caus. 1. n. 3.

CCCXX. Sed videantur de hac materia præter Vultej. de feudis, lib. 1. cap. 11. n. 31. & Rittershusij. feud. lib. 2. cap. 5. n. 38. Schrad. de feud. part. 9. cap. 2. & Rosenh. in tract. juris feudat. cap. 10. conclus. 27. & 28. ubi ampliationes & limitationes huc facientes adducunt.

CCCXXI. Et hæc de pœnis civilibus: nunc de criminalibus.

CCCXXII. Quod attinet pœnam adulterii criminalem, superfluum videtur monere, mandantem adulterari, eadem pœnâ puniri, quâ punitur adulter, quod in terminis voluit Bart. in l. hæc verba. ff. h. t. cum hoc in adulterii crimine peculiare non sit, sed generale in omni delicto, vide Menoch. de arbit. jud. quæst. cas. 353. n. 2.

CCCXXIII. Supervacuum etiam videtur multis ostendere, adulterii damnatum vel damnatam ipso jure infamiam incurrere, cum hoc generale sit in omnibus judicio publico damnatis, l. infamem. 7. ff. de publ. judic.

CCCXXIV. Damnata inquam, non tantum deprehensam, quamvis & ea infamiam facti non evitet, l. palam. 43. §. quæ in adulterio. 12. ff. de vii. Nupt.

CCCXXV. Sciendum verò est, L. Juliæ, quam Augustum condidisse supra diximus, in adulteros & adulteras pœnam non mortis, sed relegationis, cum publicatione partis bonorum constitutam fuisse, ut ex Paulo & multis Pandectar. textibus evincitur.

CCCXXVI. Pauli verba, prout apud Licin. Ruffin. in libr. ejus sentent. lib. 2. tit. 37. de adulter. extant, ita habent: Adulterii convictas mulieres dimidiâ parte dotis, ac tertiâ parte bonorum, ac relegatione in insulam placuit coerceri. Adulteris verò viris pari in insulam relegatione, dimidiâ bonorum partem auferri, dummodo in diversas insulas relegentur.

CCCXXVII. In l. Claudius. 13. ff. de his, quæ ut indign. cautum reperitur, adulterio damnato non licuisse eam ducere, quam adulterio polluerat: quod si L. Juliæ adulterii damnatus morte sive ultimo supplicio afficiendus esset, quid opus fuisset disponere, adulterii damnato non licere eam, quam adulterio polluit, uxorem ducere?

CCCXXVIII. Præterea in l. qui testamento. 20. §. mulier. ff. qui testam. facere poss. & lex eo. 18. ff. de testib. adulterii damnata, testis produci vel testimonium dicere vetatur.

CCCXXIX. Adhæc in l. qui cum uno. 4. §. adulterii. ff. de re milit. constitutum legimus, adulterii damnatos inter milites non fuisse receptos: & in l. 2. §. miles. 3. ff. de his, qui not. infam. dispositum est, ut miles adulterii damnatus, ita infamis sit, ut ipsa etiam sententia cum sacramento ignominie causâ sol-

sâ solvat: quæ omnia ineptè disposita & cauta essent, si adulteri mortis pœ-
nâ fuissent plectendi.

CCCCXXX. Duo verò textus in jure extant cæteris illustriores, qui-
bus id, quod volumus, evincitur, ut amplius dubitari nequeat.

CCCCXXXI. Prior est in *l. si quis viduam. §. ff. de quaest. ubi depor-*
tationis pœna irrogatur ei, qui cum incestu adulterium commisit: simplex
igitur si fuerit adulterium, est proximus pœnæ gradus relegatio.

CCCCXXXII. Alter est in *l. miles, in princ. ff. hoc tit. ex qua apparet,*
lenocinii pœnam, quæ eadem est quæ adulterii, l. 2. §. lenocinii. l. qui domum,
ff. hoc tit. l. auxilium. 37. ff. de minor, in milite esse exauthorationem & depor-
tationem, quia scilicet in milite exasperatur crimen, ut de crimine Majesta-
tis dicitur in l. 7. §. ult. ff. ad L. Jul. Majest. Sic ergo argumentatur Cujac. Si, ut
solent cætera crimina, ita in milite exasperatur crimen adulterii, propter
quod miles deportetur, consequens est in pagano mitius adulterium vind-
icari; Non potest autem mitius, nisi vel relegatione, vel damnatione in
opus publicum, vel multâ aliquâ majore pecuniariâ. Cujac. in operib. posth.
ad l. castitati. 9. C. hoc tit.

CCCCXXXIII. Nec caret hæc sententia exemplis: sic enim in *l. Di-*
vyus Hadrianus. 3. ff. de divort. casus proponitur, quo adulter in triennium fuit
relegatus.

CCCCXXXIV. Sic Augustum Imp. filiam & neptem, quæ adulterio
se maculaverant, relegasse legimus apud *Sueton. in August. cap. 65. Vellejan.*
Pat. lib. post. & Senec. lib. 6. de benefic. c. 32. Tacit. lib. 3. Annal. cap. 34. secundum
editionem Gruteri, ubi Augustum clementiam Majorum, suasque ipsum le-
ges egressum esse ait, quod filix ac neptis adulteros morte aut fugâ pu-
niverit.

CCCCXXXV. Sic adultero Manlio Italiâ atque Africâ interdictum
refert *idem Tacit. Annal. lib. 2. cap. 50. in quem locum Verran, in notis suis ita*
scribit: Hinc Philologus ad jus civile referet, pœnam L. Julix de adulteriis
generaliter relegationem scriptam fuisse. & paulò post: Manlio ab uxore
remoto, nullâ Insulâ assignatâ, Italiâ & Africâ interdicitur: quæ pœna sim-
plex relegatio est, ut ab Alpiano didici l. 7. ff. de interd. & relegat. Hætenus
Verran.

CCCCXXXVI. Huic sententiæ subscribit Cujac. in *notis posterior. ad d.*
§. Item L. Julia. 4. Instit. de public. judic. item lib. 6. obs. c. 11. & lib. 20. cap. 18. & libr.
21. cap. 17. ubi dicit, non amplius esse quærendam pœnam L. Julix. Heig. part.
2. quæst. 29. n. 47. & seqq. Wesemb. hinc in paravist. ff. n. 19. Berch. ad d. §. Item L. Ju-
lia. 4. n. 2. Dn. Bocer. cap. 5. n. 67. & seqq.

CCCCXXXVII. Non tamen interim est negandum, quandoq; adul-
teros fuisse capite damnatos, vel extra ordinem, motu Principis, vel causâ
quâdam atrocior, ad scelus adulterum impellente. *Cujac. d. cap. 18. lib. 20.*
observat.

CCCCXXXVIII. Sic ipse Augustus L. Julix conditor, Julium An-
tonium L. Antonii patrem ob adulteriû Julix filix ipsius, cum qua, spe oc-
cupandi Imperii consueverat, *Cujac. in comment. posthum. ad d. l. castitati. C. hoc*
tit. illatum, morte multavit. Tacit. Annal. lib. 4. tit. 44.

CCCCXXXIX. Idem Augustus mori coëgit Proculum unum ex ac-
ceptatissimis libertis compertum adulterare matronas. Ita enim Augu-
stus in eum statuendum existimavit ob personæ vilitatem, & delicti fre-

quentiam, quod cum matronis ille exercebat, *Menoch. de arbit. jud. quasi. cas. 419. n. 40.*

CCCXL. Eâdem sævitâ usus est adversus Sempronium Gracchum Tyberius, qui cum ipsius uxore Julia præfati Augusti filia adulteraverat. *Tacit. Annal. lib. 1. c. 53.*

CCCXLI. Ita ejusdem Tyberii jussu Messalina altera ipsius uxore ob adulterium multifarium mortis pœnam luit. *Tacit. Annal. lib. 4. cap. 37.*

CCCXLII. Imprimis verò circa milites, quos ab omni libidine purus servari castrorum disciplina postulat, L. Julæ pœnam plerique Imperatores excessere.

CCCXLIII. Sic Opilius Macrinus milites, qui hospitii sui ancillam corruperant, duobus miræ magnitudinis bobus, quos subito aperire jusserrat, inclusit, capitibus, ut secum colloqui possent, exertis. *Jul. Capitol.*

CCCXLIV. Aurelianus Imp. militem, qui cum hospitii uxore adulterium commiserat, ita punivit, ut duarum arborum capita inflicteret, quæ ad pedes militis deligata subito dimisit, ut scissus ille utrinque penderet. *Flavius Vopisc.*

CCCXLV. Verùm ei, quod diximus, pœnam L. Juliæ adulteris constitutam non fuisse capitalem, sed relegationem, ob stare videtur *textus in §. Item L. Julia. 4. Inst. de publ. judic. ubi expresse dicitur, L. Juliam temeratores alienarum nuptiarum gladio punire. Sed respondendum est, Imperatorem, seu potius Tribonianum ea scribentem, sui temporis, non antiqui rationem habuisse: adeoque quod sancitum erat constitutionibus, post L. Juliam editis, L. Julæ attribuisse: propterea quod constitutiones adulteris pœnam capitalem post L. Juliam imponentes, pars quodammodo sive accessio Legis Julæ videantur. *Dn. Harprecht. ibi. n. 32.**

CCCXLVI. Ita L. Juliæ Majestatis damnatis aqua & igni interdicebatur. *Paul. lib. 5. tit. 29. ubi Cujac. Cicero Philipp. 1. Wesemb. in parat. ff. ad L. Jul. Majest. n. 7. & tamè pœna mortis cum damnatione memoriæ, ei adferibitur. §. publica. 3. Inst. de publ. judic.*

CCCXLVII. Eâdem prorsus ratione in §. Item L. Cornelia. 5. Inst. d. sic. dicitur, L. Corneliæ homicidas ultore ferro persequi, cum tamen L. Cornelia prout fuit lata, non gladio, sed interdictione aquæ & ignis seu deportatione eadem coëruerit. *l. 3. §. pen. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

CCCXLVIII. Sic L. Pompejæ de parricidiis parricidas pœnâ L. Corneliæ de sicariis affici voluit, *l. 1. ff. ad L. Pompejam. de parricid. & tamen alia pœna in §. alia deinde. 6. Inst. de public. judic. eidem tribuitur, quam non ipse Pompejus introduxit, sed quæ more Majorum constituta fuit, l. pœna. 9. ff. ad L. Pompejam. de parricid. quamque Constantinus Imp. postea in usum revocavit. l. un. C. de his, qui lib. vel parent. occid.*

CCCXLIX. Hæ ergo leges omnes non sunt intelligendæ prout erant latæ, sed prout tempore Justiniani habebantur. *Wesemb. ad d. §. alia deinde. 5. Inst. de publ. judic. Et huic interpretationi calculum quoque; adjicit Covarruv. de matrimon. som. 1. part. 2. cap. 7. §. 7. n. 25. Disf. Corras. lib. Miscell. 2. c. 1. item Tiraquell. in ll. connubial. l. 12.*

CCCL. Vero ergo verius est, adulterii pœnam L. Juliæ fuisse relegationem, quæ tamen postea capitalis esse cepit, ut arguit *text. in l. castitatis. 9. de l. quamvis. 30. in fine. C. h. i. l. transigere. 18. C. de transact.* Sed quis Imperatorum primus mortis seu ultimi supplicii pœnam in adulteros sanciverit, in du.

in dubium vocatur? Sunt qui Alexandro Imperatori acceptam referunt, per d.l.9. C. hoc tit. Sunt qui Diocletiano & Maximiano eam attribuunt, per d.l. transfigere, C. de transact. Nonnulli Constantino Imperatori eam adscribunt, propter d.l.30. Verum nullum horum, sed potius Constantium & Constantem Constantinum Magni filios hujus pœnæ capitalis fuisse autores, probat Cujac. 6. obs. c. 11. & alii relati à Dn. Bocer. d. cap. 5. n. 74. Nec obstat, quòd citatis locis adulteri pœna capitalis dicitur, id enim Tribonianum cæterisque juris compilatoribus imputandum est, qui quod à Constantio & Constante Imp. sancitum primò fuit, tribuunt etiam aliis Imp.

CCCLI. Et certè, quod postremam periodum d.l. quamvis. 30. in fine, quæ ita habet: Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet, attinet, cum in C. Theod. in allegata l. quamvis. non reperiatur, perquam probabile est, Tribonianum eam ex Constantii & Constantis constitut., quæ habetur in l. 4. C. Theod. quorum appell. non recip. ubi sacrilegos nuptiarum ultimo supplicio affici jubet, desumpsisse, ac huic Constantini Imp. constitutioni in d.l. 30. contentæ subjecisse, quod & vult Cujac. d. c. 11. obs. lib. 6.

CCCLII. Verum ante Christianos Imp. mortis pœnam in adulteros fuisse receptam, videtur evinci ex verbis Arnobii lib. 4. quæ ita habent: Adulteria tamen legibus vindicant, capitalibus efficiunt eos pœnis, quos in aliena comprehenderint fœdera genialis se lectuli expugnatione iniecisse. Quid igitur dicendum? Fieri potuit, ut jam tempore Imp. Gentilium, pœna mors fuerit, sed à iudicibus sæpè prætermittitur, nec observata, & proinde Constantius & Constantinus novâ lege pœnam mortis sancire coacti fuerint.

CCCLIII. Sed ut ut sit, constat jure Cod. pœnam esse mortis. l. supra allegatis. & d. siem lex Julia. 4. Inst. de publ. jud.

CCCLIV. Jure tamen Novell. Justinianus in mulieribus pœnâ aliquantum mitigavit: quamvis enim in ea turpius & longè fœdus sit adulterium, quàm in viro, Tiraquell. in l. connubiat. n. 45. & 85. Heig. part. 2. quæst. quæst. 29. n. 17. quia tamen est sexus infirmior, & ad libidinem proclivior, Gædd. in l. inter stuprum. 101. n. 4. ff. de V. S. Justinianus tandem mitius eam, quàm adulterum, puniendam censuit. Sancivit enim, adulteras verberibus cæsas in Monasterium detrudendas, datâ potestate marito intra biennium, si hoc voluerit, eam inde revocandi, quo transacto, aut viro præmortuo, eam raso capite, monastico habitu amictiri, & ibi omni vitæ tempore manere jubet, Nov. 134. cap. 10. vers. adulteram verò, & aulb. sed hodiè. C. hoc tit. Et hanc constitutionem passim observari testatur Boer. decis. 297. n. 12. & Gramma. decis. 31. eamque communem esse testatur post alios Clar. in tractat. crimin. §. adulterium. n. 7.

CCCLV. Post Justinianum Leo Imp. constituit, ut adulteris viro & fœminæ nasus abscindatur, ac fœmina ita truncata insuper in Monasterium detrudatur, Nov. 32. Cæterum istam Leonis pœnam de nasi absensione, Martialis irridet seqq. Versibus, lib. 3. Epigramm.

Quis tibi persuasit naves abscondere mæcho?

Nihil hac peccatum est parte, marite, tibi.

Suave, quid egisti? Nihil hoc tua perdidit uxor. &c.

CCCLVI. Carolus V. tandem Constantii & Constantis Imp. sanctionem in maribus suâ constitutione videtur approbasse, Consist. crim. artic. 120. ubi ita loquitur: So ein Ehefrau einen anderen vmb des Ehebruchs willen/ den er mit seinem Eheweib verbracht hat/ heimlich beklaget/ vnd dessen vberwindet/ derselbe Ehebrecher

Ehebrecher / sampt der Ehebrecherin / sollen nach sage vnserer Vorfahren vnd vnsero Keyserlichen Rechten gestraffet werden.

CCCLVII. Sed an voluerit quoque adulteram capite plecti? Hoc quidem asserit *Dn. Bocer. d. cap. 5. n. 76.* sed haud scio, an illud ex verbis illis: Sollen nach sage vnserer Vorfahren vnd vnsero Keyserlichen Rechten gestraffet werden / deduci possit; quid ni enim æquẽ de pœna Justin. & Leon. novissima, quã mulier adultera in Monasterium detrudi iubetur, intelligi possit, non video.

CCCLIX. Inter pœnas criminales etiam hoc referri potest, quod adulter, si fortẽ pœnam capitalem evaserit, testimonium dicere nequeat, *l. scio. 14. & l. ex eo. 18. ff. de testibus.* quodque inter milites recipi non possit, *l. 2. §. miles. ff. de his, qui nos infam.*

CCCLIX. Tantum de pœnis juris Civilis, nunc de pœnis jur. Can.

CCCLX. Pœnæ juris Canonici, ut & superiores, partim sunt civiles, partim verò criminales.

CCCLXI. Civiles sunt, primò, separatio thori, *c. non lices. c. dixit Dominus. 32. q. 1. c. per venerabilem. 13. in medio, ibi:* non tamen ipsius violatio conjugale vinculum violasset, *extr. qui filii sint legit. c. ex literis. X. de divort.*

CCCLXII. Quamvis verò in matrimonialibus jus Canonici observandum velint *Rittershus. in prolegom. differ. jur. Civ. & Can. pag. 22. & alii*, quia tamen juri Divino, quod, ut suprà ostensum, verum divortium ob adulterium permittit, & parti innocenti secundas nuptias concedit, est contrariũ, certẽ mihi ab eo recedere semper erit religio, præcipuẽ cum idem quoque in veteri Ecclesiã observatum fuisse tradat *Euseb. lib. 4. de vita Constantini Magni. & B. Hieronym. ad Fabiolam. ut rectẽ observavit Wesemb. in paravis. ff. de divort. n. 11.*

CCCLXIII. Interim tamen minimẽ improbamus eorum voluntatem, qui reconciliandis potius quàm separandis conjugibus student, si quocunque modo, vel consuetudine, vel alio casu, nocens persona capitalem pœnam, de qua postea, evaserit, modò omnis absit necessitas & coactio, sed desperatã reconciliatione innocenti divortium concedatur, ac nova vota, non tamen inconsultã Ecclesiã, ipsi permittantur, *Bez. d. tract. de divort. pag. 165. & seq.* Id quod & in Genevensium Ecclesiã sedulo fuisse observatum, priusquàm iustissima illa lex de capitali adulterorum pœna communi civium suffragio ferretur, *ibidem* testatur.

CCCLXIV. De persona porrò nocente, an ei ad secundas nuptias de jure transire liceat, major est dubitatio, *Wesembec. septe d. n. 11.* ubi cum pro affirmativa argumentis non frivolis disputasset, hanc nihilominus controversiam Ecclesiã dijudicandam relinquit. *vid. etiam Beust. de matrim. cap. 25. Rittersh. differ. lib. 2. c. 9.*

CCCLXV. Secundò, dotis & donationis propter nuptias amissio, *c. plerumq; 4. X. de donat. inter vir. & uxor.* quã in re cum jure Civili congruit, ut ex suprà d. th. apparet.

CCCLXVI. Criminales juris Pontificii pœnas huic crimini præstitutas quod attinet, variæ recensentur, nempe certæ pœnitentiæ impositio, excommunicatio, depositio, & in Monasterium detrusio.

CCCLXVII. Quantum ad pœnitentiam, dicitur in *c. hoc ipsum. vers. hoc autem. 33. q. 3.* Ecclesiasticã consuetudine esse usurpatum, majorum criminum pœnitentiam septem annorum spacio concludi, inter quæ ibidem etiam

etiam adulterium nominatur, eamque pœnam tam Laicis quàm Sacerdotibus communem esse dicit Lancelott. in Instit. Jur. Canon. lib. 4. tit. 8. vers. 1. & probatur in præfato vers. hoc autem, &c. ab initio. Exemplum vide in c. officii. X. de pœnis. & remiss.

CCCLXIX. Quod ad reliquas pœnas, distinguendum est inter Laicos & Clericos: in Laicis iterum inter masculos & fœminas.

CCCLXIX. Laicum enim masculum pro adulterio excommunicari debere dicitur in c. intelleximus. X. de adulter. Ludovic. Rom. singul. 174.

CCCLXX. Fœmina verò præterquàm quòd excommunicatur, d. c. intelleximus. in Monasterium insuper detruditur, & si maritus eam recipere nolit, cogitur ibi tempore vitæ suæ permanere, & pœnitentiam agere. c. gaudemus. eod. tit. de adulteriis. quod & jure Novellarum obtinere suprâ monui.

CCCLXXI. Clerici hoc jure pro crimine adulterii deponuntur, & ulterius in Monasterium detruuntur, ut toto vitæ tempore ibi degant, detruduntur. c. si quis Clericus. dist. 81. Et communiter illud observari scribit Duenn. reg. 101. in 2. limitat. Covarruv. tom. 1. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 7. n. 28. Clar. d. §. adulterium. n. 7. post gloss. & varios Dd.

CCCLXXII. Sed & eosdem excommunicari constat ex c. 2. X. de cohabit. Clericor.

CCCLXXIII. Quod verò diximus, Clericos ob adulterium communiter in Monasterium detrudi, olim fortè ita obtinuit: tantum enim, ait Alciatus, suo jam tempore hoc flagitium apud Clericos invaluisse, ut, si hodiè quoque Clerici ob adulterium detruderentur in Claustra & Monasteria, pauci eorum viderentur in foro, seu, ut ille loquitur, ambularent per vias, teste d. §. n. 7.

CCCLXXIV. Rectè verò hoc jure Canonico in Ecclesiastico munere constituti, & postea adulterii convicti, à ministerio excluduntur: Inter cætera enim, quæ Apostolus Paul. ad Titum c. 1. vers. 7. & 8. in Episcopo requirit, est, ut sit inculpatus, temperans, continens, &c: unde apparet, eos non nisi magno eum Ecclesiastici ministerii dedecore rursus admitti posse.

CCCLXXV. Bajardo quoque illa a adulterarum in Monasterium detrusio displicet, in addis. ad Clar. §. adulterium. n. 50. eamque pœnam non esse servandam eâ ratione scribit, ne reliquæ Moniales, adulteræ cohabitatione & consortio inficiantur; eum incorruptus manere non possit, qui corruptis sociatur. c. quisquis. 23. q. 4. Idem sentit Lucas de Penna, ut eum refert Bajard. d. loco. Sed Monachis Claustrorum curâ relicta, ad institutum ut revertar, pœnas adulteris jure Canonico statutas relinquo.

CCCLXXVI. Ultimo igitur loco subjiciendum de pœnis certorum locorum peculiaribus, quæ in certis videlicet provinciis ac municipiis, constitutionibus vel statutis sunt introductæ, aut consuetudine hodiè obtinent, quarum aliquæ cum jure scripto vel in totum, aut aliquâ ex parte conveniunt, vel ab eo discrepant, ut fiet manifestum.

CCCLXXVII. In Palatinatu & Saxonia adulterium adhuc capitale est. In Palatinatu enim, teste Dn. Bocov. d. c. 5. n. 82. anno 1582. constituta lex est de adulteriis, ut mas adulter gladio, fœmina verò immersione in aquas, puniatur.

CCCLXXIIX. Elector Saxoniae Augustus anno 1572. similiter constituit, ut mas & foemina pariter poenâ gladii puniantur, nisi mulier sit persona soluta, quæ virgis caesa relegari iubetur, teste eod. *Dn. Boccr. d. cap. 5. n. 81.*

CCCLXXIX. Württembergico jure novissimo adulter & adultera, qui primùm hoc crimine se contaminârunt, quatuor septimanarum carcere & honoris privatione plectuntur, ita ut eo tempore aquâ solum & panem cibentur: quod si post primam coërcitionem denuò adulterii crimine se polluerint, maris quidem poenâ gladii afficiuntur, foemina verò suffocantur. Et hoc jus à Duce Ludovico constitutum & publicatum fuit anno 1586. *die 21. Maji. Dn. Boccr. d. c. n. 85.*

CCCLXXX. In Gallia vel non puniuntur adulteri, *Boër. decis. 297. n. 16. & alii allegati à Clar. d. f. adulterium. vers. quin imò.* vel levi admodum poenâ plectuntur, quandoquidem scribit *Guido Papæ q. 206. in princ.* Gratianopoli adulteros reos multari poenâ centum solidorum. Alii *referente Menoch. d. cas. 419. n. 77.* minore adhuc poenâ eos affici asserunt.

CCCLXXXI. Olim quidem Parisiis ducebatur vir super asinum sedens, facie ad caudam versâ per totam urbem, uxore asinum per capistrum trahente, & præcone ante eos clamante: Qui sic faciet, sic accipiet. Sed hanc observationem in desuetudinem abiisse dicit *Boër. d. decis. 297.* ejusq; loco forsan introductum, quod *Tiraquell. de ll. connubial. l. 13. n. 8.* attestatur; Curiam Parisiensem consuevisse adulteros pro qualitate delicti & personarum vel virgis caedi, vel aliter puniri: atque ita sentit ille, poenam ibi esse arbitriariam. *Dn. Boccr. d. c. n. 78.*

CCCLXXXII. Meminit interim Papo *lib. 22. tit. 9. arrefo 1. & 2. cujusdam foeminae adulteræ, cui nomen erat Maria Quattreliure, quam Parisiense Parlamentum secundum dispositionem auct. sed hodiè. C. hoc vir. in Monasterium conjici jussit. Idemque Curiam Burdegalensem in quadam facti contingentia observasse testatur Boërius d. decis. 297. n. 12.*

CCCLXXXIII. In Regno Neapolitano adest constitutio, per quam viris propterea adulterium imponitur poena mortis, quæ hodiè servatur *secundum Franc. in decis. 240. n. 5.* foemina verò adultera fustigatur, si maritus privatim in eam nasi truncatione, de qua poena superius suo loco, animadvertere nolit, *Bajard. in addit. ad Jul. Clar. f. adulterium. n. 46.*

CCCLXXXIV. In ditione Mediolanensi itidem arbitraria penè est hæc adulterii poena adversus adulteras: nam foeminae fustibus caeduntur, & in exiliū arbitrarium mittuntur. Ita decretum esse à Senatu Mediolanensi testatur *Clar. in d. f. adulterium. n. 7. vers. in Senatu autem.* ubi adjungit, aliquando solum virgis caesam esse adulteram: in masculis verò firmam manere dispositionem d. l. quamvis.

CCCLXXXV. Papiæ exstat statutum, quo adulter, si in domo mariti delictum perpetraverit, punitur similiter poenâ ultimi supplicii & publicationis bonorum, vel altero eorum, arbitrio judicis, inspectâ qualitate facti & personarum: si verò extra domum mulctatur, poenâ ducentarum librarum. Idem penè statuitur de adultera. *Menoch. d. cas. 419. n. 79.*

CCCLXXXVI. Ita etiam Bononiæ punitur adulter poenâ ducentarum librarum, *referente Barbat. in consil. 63. column. 1. lib. 4. & post eum Menoch. d. cas. n. 80.*

CCCLXXXVII. Ean-

CCCLXXXVII. Eandem pœnam Perusii adulteris esse præstitam, testatur Cornæus in *consil.* 114. col. 1. Menoch. d. cas. n. 81.

CCCLXXXIIIX. Florentiæ pœnâ mille librarum mulctatur adulter, scribente Barbas. in *consil.* 87. col. 3. lib. 3. Menoch. d. cas. n. 82.

CCCLXXXIX. Tarvisii bona mulieris adulteræ solummodò publicantur. Anchor. in c. 1. g. 12. princ. de *consil.* Menoch. d. cas. n. 83.

CCCXC. Novariæ adulter pœnâ centum librarum punitur, si vim fecit; si verò vim nullam adhibuit, quinquaginta tantum: mulier verò comburitur, vel dotem perdit, pro viri voluntate. Signorol. *consil.* 58. referentem Menoch. d. cas. n. 84.

CCCXCI. Secundum Brixiam statutum adultera morte naturali plectitur. Menoch. d. cas. 419. n. 85.

CCCXCII. Pataviæ statuto cautum est, adulterium puniendum in Tb 500 parvorum; adultera verò, volente viro, perpetuo carceri includitur. Menoch. d. cas. n. 86.

CCCXCIII. Præterea hic alias permultas Leges municipales Italiæ, aliorumque locorum, quas longum esset recensere.

CCCXCIV. Quid verò in tanta Legum, Canonum, Statutorum, ac Consuetudinum circa hanc rem varietate sit sequendum, quæque pœnæ pro iustioribus habendæ, facile est conjicere ex eo, quod supra satis superque probatum, delictum hoc esse gravissimum. Unde cum quemlibet pro modo delicti puniri oporteat, l. 1. §. cum parvorum. 10. ff. de off. præfect. urb. ac pœna delicto commensuranda sit, auth. omnes. in fine. C. communia. de success. gravissimè, morte scilicet, seu ultimo supplicio, hoc scelus vindicandum esse censemus, præsertim cum jus divinum hanc eandem pœnam huic crimini præstituat, ut supra ostensum.

CCCXCV. Et cum propter furtorum frequentiam fures ultimo supplicio afficiendos esse voluerit Carol. V. prout hac de re videri potest in *consil.* crimin. artic. 157. idque apud omnes ferè Populos observari videamus, Wesembec. in parat. ff. de furtis. n. 15. & meritò hoc introductum velint non solum præstantis. J. Cri. Clar. lib. 3. sensens. §. furtum. n. 7. & 16. Covarruv. lib. 2. variar. resolut. cap. 9. n. 7. Harprecht. ad §. pœnam manifesti. §. n. 7. Insist. de oblig. quæ ex delict. sed etiam magni nominis Theologi, quos refert idem Harprecht. d. loco. licet neque L. Divinâ, neque antiquis Romanorum, tam civilibus quàm prætoris hæc pœna furius fuerit constituta: multò magis hoc adulterii crimen hac ultimi supplicii pœnâ plecti æquissimum est, cum non tantum jure divino & humano id mandatum sit, ut diximus, sed etiam frequentissimum esse quotidiana testetur experientia. Nam heu quàm longè absumus à Spartani illius Geradæ temporibus! qui rogatus, quid pœnarum darent adulteri apud Spartanos, cum nihil super eâ re sanctum videretur à Lycurgo? Nullus, inquit, o amice, apud nos adulter est. Cum hospes subjecisset, quid igitur, si fuerit? Dabit, inquit, bovem tantum, qui porrecto ultra Taygetum montem collo bibat ex Eurota. Quumque ille ridens dixisset, fieri non posse, ut bos tantus inveniatur: & quo pacto, inquit Geradas, Spartæ existat adulter, in qua deliciæ & divitiæ nullæ habentur? Erasim. lib. 1. Apophthegm.

CCCXCVI. Non injuriâ ergo Clar. in d. §. adulterium. n. 7. circa finem, conqueritur, graviores adulterii pœnas in plerisque regionibus in desuetu.

dinem abiisse, & pecuniarias aliasq; leviores illarum loco esse substitutas. Verba ejus, quia pathetica sunt, adicienda esse duxi. Et certè, inquit, maxime dolendum est his temporibus, in quibus passim ferè apud omnia tribunalia adulteri impune evadunt, imò de ipso crimine gloriatur: illi verò, quorum uxores adulteræ sunt, accusationem proponere non audent, ne in perpetuam infamiam, ita volente pravâ consuetudine, incurrant. Quapropter ego semper fui eâ in sententiâ, quòd Principes hujus temporis, qui hoc gravissimum crimen severissimis legibus non coercerent, illasque exequi non faciunt, gravissimè peccent. Et, iudicio meo, iste est unus ex casibus, in quibus Christiana Respublica indigeret reformatione.

CCCCXCVII. Dissidentem hic habemus *Cravettam* *conf.* 137. ubi generalem consuetudinem, quæ adulteria pœnâ pecuniariâ, non corporali, affici vult, (modò omnis absit vis & coactio) multis iuribus allatis validam esse asserit: cujus objectionibus quid respondendum sit, in ipso conflictu videbimus.

CCCCXCIX. Ex quibus patet, si vel crimen adulterii nullatenus sit deductum in iudicium, vel ii, quorum interest, de eo civiliter tantum egerint, quo casu criminaliter experiri amplius nequeunt, utcumque maxime vellet, ob rationem superius *ih.* 53. expositam, posse, imò debere Magistratum ex officio (modò indicia & conjecturæ validiores adsint) in adulteros adulterasque inquirere, ut manifestato crimine fontes reperti pœnis debitæ subdantur. Publicè enim interest, delicta, præsertim graviora, manifestari ac puniri, *l. eum qui.* 18. *ff. de injuriis. junctâ l. iia. rubricatus.* 51. *g.* 2. *ff. ad L. Aquil.* nam pœna unius, est metus multorum, *l. i. C. ad L. Jul. repetundar.* & acerbitate suppliciorum minuitur scelerum frequentia, *l. aut facta.* 6. *g.* 1. *ff. de pan.*

CCCCXCIX. Non verò aliter ad hanc pœnam ultimi supplicii ordinariam procedendum, quàm si luce meridiana clarius de hoc crimine constiterit; tales enim probationes in criminalibus, ubi de vita agitur, requiruntur, *l. fin. C. de probat.* quales sunt etiam præsumptiones, quas iuris & de jure, item necessarias appellant; nam & has ad ordinariam pœnam infligendam proficere pluribus ostendit *Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst.* 97. *n.* 1. 2. 3. & *seqq. per tot.* & diximus *suprà ih.* 134.

CCCC. Ex verisimilibus verò præsumptionibus probato adulterio, reus ad pœnam quidem etiam criminalem trahi potest ac debet, non tamen ordinariam, sed extra ordinem puniri debet, vel relegatione, vel multâ pecuniariâ graviore, &c. *Menoch. d. quæst.* 97. *n.* 15. 16. 17. 23. & *præsumpt. lib. 5. præsumpt.* 41. *n.* 15.

CCCCI. Et hac extraordinariâ pœnâ etiam puniuntur sollicitatores alienarum nuptiarum ac matrimoniorum interpellatores, etsi effectus sceleris potiri non potuerint, idque propter voluntatem perniciosæ libidinis. *l. 1. ff. de extraord. crimin. vide Bajard. in addit. ad Clar. g. adulterium. n.* 68. & *seqq.* ubi latè de sollicitatoribus alienarum nuptiarum disserit.

CCCCII. Huc refer etiam nuncios & impii hujus facinoris administris, qui verberati & tonsi in perpetuum relegantur. *l. fin. C. hoc tit.* Quæ constitutio sumpta est ex 60. *Eclog.* 37. *cap.* 67. & 6. *Harmonop.* 2. *tesis* Gotofr. *ad d. l. fin.*

CCCCIII. Levioribus tantum suspicionibus gravato reo nulla omnino

mnino criminalis pœna imponi debet, ad Magistratus tamen officium pertinet, ut eo casu in crimen diligentius inquireat. *Menoeh. d. quæst. 37. n. 6. & quæst. seq.*

CCCCIV. Et hæc ita, nisi reus pluribus ejusmodi suspicionibus fuerit oneratus, quo casu pœnâ extraordinariâ affici potest, cum plures præsumptiones leviores verisimile præstare queant indicium, quod inter cætera ad pœnam criminalem extraordinariam proficere modò diximus.

CCCCV. Quando verò plures leviores præsumptiones unum verisimile indicium constituant, hoc à judice pro suo arbitrio

& prudentiâ dijudicandum esse suo loco jam retu-

limus, *thesi scil. 171.*

SOLI DEO GLORIA.





AD
NOBILISSIMUM
ET DOCTISSIMUM
VIRUM,

DN. CÆSAREM PESTALVZZ,
CLAVENNA-RHÆTVM,
De coërcendis Adulteriis, pro Lege Juliâ,
Doctoratus in utroq; Jure con-
sequendi causâ,
DISPUTANTEM.

QUAM Cæsar sanxit, latuit lex JULIA, & illam
In lucem, nullus, qui revocaret, erat.
Donec, ab intrepidis, ducit qui stemmata, Rhætis,
CÆSAR, id ingenuo pectore movit opus.
Sic fuit infatis; ut lata à CÆSARE leges,
CÆSARIS hæ tandem sustineantur ope.

ALIUD.

Fert CÆSAR leges, CÆSAR quas applicat alter,
Cantatur merito CÆSAR uterque pari.

JOHANNES SCRETA Schotnovius
à Zavorzitz, Pragâ-Boh.
Med.D.

Ad

Ad Eundem.

CAESARIS & PAPAE Canones & Jurare solvis
CAESAR PESTALUZZ: Caesareum ONUS,
HONOS!

Cesareas curas, ONUS est, cum discere curas,
Invictusq, THESES quod tuearis, HONOS.
Iudex, Jus dicens, quàm DOCTOR, AEQUIOR esto:
AUGUSTUS semper CAESAR, Amatus eris.

Amico & Fautori suo singulari,
Surgenti exoptatis, jucundis.
F.

BRODERUS PAULI, Husensis Holsatus,
L L. Studiosus.

Ad Eundem.

OMNIBUS in rebus sic (teste Platone) paravit
Natura: ut quæ sint ardua, pulchra forent.
Herculis anne fuit durus fundamen honoris,
Qui domuit quondam turgida monstra: labor.
Quid magis assiduus fortem celebravit Ulysses
Quàm labor: hic Fabii gloria summa ducis.
Comparat heu quanto quernam sudore coronam,
Militis heu quanto sanguine se va manus.
Quàm gravè fructificos diffundit semen in agros,
Et quàm jucundè rustica turba metit.
Mercator quanto ob merces discrimine vite,
Aequoris & puppi navita sulcat aquas.
Quàm doctrinâ gravi postremò labore paratur,
Optima dux vite: quæ fugienda docens.
Hoc te non latuit CAESAR, clarissime Doctor,
Qui trahis à proavis stemma genusq, tuum.

His

His nec inornatum te postera conferet atas,
 Nec dicet proavis degenerasse tuis.
 Defuncto, dulces nunc carpis ab arbore fructus
 Illustri CAESAR stirpe, labore, fate.
 In magnis si quis titulorum nomina censeat,
 Innumeros summa nobilitatis habes.
 Insignis Pietas, & Avita Insignia Gentis
 Exornant CAESAR nobile stemma tuum.
 Tu solus è tanta superasti culmina Musæ
 Progenie, gentis gloria vera tua.
 Doctrinâ summam meruisti laude coronam:
 Ut sic inveniet vix tibi terra parem.
 Omnia, tu veterum leges, & jura Quiritum
 CAESAR in excelsa condita mente tenes.
 Si mihi bis centum linguas Deus ipse dedisset
 Oraq, tot super hac, stentoriumq, sonum:
 Non celsæ memorare tuæ præconia laudis
 Omnia, quas tellus vix capit alma, queo.
 Exopto tibi Nestoreos ter & ampliùs annos:
 Rara verendarum gloria Pegasidum.
 Da manibus plausus, & linguâ Musæ voto,
 Vivat Io, vivat CAESAR, amica, diu.
 Vivat Io, vivat CAESAR, laus maxima Phæbi:
 Vivat Io, vivat CAESARIS altus honos.
 Vivat Io, vivat serus transcendat Olympum,
 Consilio ut patriæ possit adesse suæ.

Boni affectus ergò
 P.

ABRAHAMUS SCHELKENS, Franco-
 furtenfis, LL. Stud.

F I N I S.

